

aliis verò Sacerdotibus simplicibus id non esse concedendum. Et itorum quarenti, an liceat Parochis extante consuetudine in diebus festivis in medio Missæ invitare populum ad oblationes dando singulis pacem, & ad recipiendum mulierum oblationes recedere ab altari, & ad infimum locum Ecclesiæ, ubi mulieres manent, se junctæ à maribus, accedere stante Constitutione Concilii cap. un. de observ. & vitan. sess. 22. ibi, quicumque importunus, atque illiberales elemosinarum exactio- nes: respondit consuetudinem hanc restringendam ad exemplum Decreti jam facti nonis Octobris 1573. Sed facta postmodum relatione ad Sanctissimum Sanctitas Sua dixit non esse eandem rationem, seu bonam conversionem de Missis novis ad Missas Parochorum, quibus debentur istæ oblationes, idèo permitendam hujusmodi consuetudinem prout inolevit.

Amplius in illis verbis Concilii, atque hujusmodi, potest poni exemplum in consuetudinibus, quæ in quibusdam Hispaniæ locis inoleverant, ut Plebani, seu Rectores venderent, vel locarent laicis oblationes, quæ ponebantur in pede altaris. Super qua controversia communis opinio Doctorum est, tales oblationes locari, aut vendi non posse, ne per manus laicas prophaneantur, ut per gloss. 1. in c. Altare, l. q. 3. Archid. in c. Sancto- rum, n. 1. vers. Sed nonne, 10. q. 1. Abb. in c. 2. in fin. supra Ne Cler. vel Manach. Roman. singul. 63. Docto- res in c. 2. ubi in specie Aretin. n. 21. Dec. n. 114. & Ripa n. 55. de judic. Andreas Hispanus de decim. q. 13. n. 9. Troil. de oblat. 3. p. dub. 3. n. 6. & sifus, n. 8.

Verum, ut dicit Hugo in d. c. Sanctorum, si hoc fit de jure, si non, tamen quotidie fit ab Episcopis, & etiam à Domino Papa. Illud tamen certum est quatenus id liceat, nullo tamen casu laicos posse hujusmodi oblationes accipere immediate à altari, sed debere clericum constitui, qui de altari accipiat, & tribuat eis: nam manus prophana, & nefaria non debent Sacra contingere, arg. c. Aurum, l. 2. q. 2. c. Ligna, c. Nemo, & cap. in sancta, de consec. dist. 1. & tenet Archid. in d. c. Sancto- rum, n. 1. vers. Sed numquid, & ibi etiam Turrecr. n. 2. nec videtur dissentire S. Thom. in 2. 2. q. 86. art. 2. ad 3. aic enim: (Oblationes postquam fuerint consecrata non possunt cedere in usum laicorum, sicut vasa, & vestimenta sacra, & hoc modo intelligitur dictum Damasi Papæ in cap. Hanc consuetudinem, 10. q. 1. illa verò, quæ non sunt consecrata, possunt in usum laicorum cedere ex dispensatione Sacerdotum si per modum donationis, si per modum venditionis.) Hæc ille, & sequuntur Turrecr. in c. Quia Sacerdotes, n. 2. in res- spon. ad 2. eadem causa, & quest. & Sylvest. in ver. Decima, n. 5. vers. Tertium.

De his, quæ sunt à Prælati sine consensu Capituli.

Cap. Et si membra.

S V M M A R I V M.

AD Concilium Provinciale debent vocari, & admitti Cathedralium Ecclesiarum Capitula.

Et an hoc procedat ex honestate, vel ex necessitate, n. 4. 37. 40. & seq. n. 49.

Admitti debent ad tractatum, & ad consulendum, non autem ad decidendum, n. 10. 41. & seq. n. 53.

Et promogocii etiam ipsa Capitula non contingen- tibus, n. 11.

Nisi Prælati aliqua secreta haberent, qua revelare non possent sine transgressione obedientie, vel ju- ramenti, n. 14.

Vel nisi alia iusta causa subesset ea non admitten- di, n. 15.

2. Canonici Cœlegiarum Ecclesiarum, & alii Cleri- ci inferiores non sunt vocandi, & n. 37.

3. Nisi habeant jurisdictionem quasi Episcopalem.

4. Debet verbum ex proprietate vocabuli est neces- sitativum.

5. Invitato jus acquiritur ex invitatione.

6. Citatus ad actum debet admitti, & fortius expecta- ri.

7. Nisi de novo perveniat ad citantis notitiam, cita- tum non habere jus.

8. Vocantes tamen non tenentur præcisè vocatum ad- mittere, sed ei non admisso tenentur ad interesse.

9. In Concilio provinciali Capitula Cathedralium possunt comparere per procuratorem.

10. Votum habent consultivum, non decisivum, & n. 41. & seq. n. 53.

Et possunt contradicere, & appellare, n. 13.

Omnia sunt gerenda de consilio Capitulum pro- vinciale, n. 46.

Abbatem commendatarii, & Capitulum deputati vocem habent consultativam tantum, n. 53.

Procuratores Episcoporum vocem habent etiam de- cisivam, si Concilio Provinciali placuerit, n. 54.

12. Maxime dictio implicat idem esse in casu contra- rio.

16. In Concilio provinciali an Laici interesse possint, an debeant, distinguitur, & n. seqq.

17. Interesse non debent nisi specialiter vocentur, & n. 50.

18. Vel nisi tractaretur causa fidei. Declaratur n. 27. & 28.

19. Vel nisi tractaretur de gradibus circa matrimo- nium contrahendum.

20. Et in his admitti debeat ad audiendum, non ad judi- candum, vel docendum.

21. Item ad consulendum, & ad justitiam petendam, vel defendendam, & n. 50.

22. Ab Ecclesiasticis negotiis, & ubi agitur de correctio- ne clericorum laici omnino sunt excludendi. Vitæ tamen est eos vocari in causis communibus, n. 29.

Nullo casu interesse possunt auctoritate propria, sed ita demum si vocentur ex electione Synodi, n. 30. & 50.

23. Legati Regii non debent interesse sub quovis titulo, & n. seq.

24. Reges, seu eorum officiales synodalibus conventionibus interesse non debent, nisi in casibus in jure expres- sisti.

Id est in Concilio generali ubi agitur de fide, refor- matione, & pace, n. 26.

Item in provinciali ad recipiendam fidem, ad tu- endos Patres ab insideliis, & ad petendum consilium in spei. Antibus ad regnum, n. 27.

24. Concilia sunt eorum Episcoporum, & Sacerdotum, & sunt propter Ecclesiasticas causas.

Ad

31. Ad Concilium provinciale quinam sint vocandi, & admittendi, & num. seq. usq. in finem.

32. Episcopi suffraganei vocari debent ex necessitate, & num. 44.

Et si non veniant, cessante legitimo impedimento, puniuntur, n. 45.

33. Exempli tenentur semel eligere aliquem vicinum Metropolitani, in casu Synodo provinciali inter- sint.

Nec requirunt consensus Capituli, n. 35.

34. Quod locum habet etiam in Prælati inferioribus nullius Diocesis.

36. Episcopi existentes in provincia Romana non tenentur eligere Metropolitanum, cujus Synodo interfuit.

37. Presbyteri, & clerici inferiores an sint vocandi ad Concilium provinciale, & n. seq.

38. Convenire debent omnes, qui de jure, vel consuetu- dine interesse tenentur.

39. Non omnes de provincia sunt vocandi, sed qui se- lasos existimant.

41. Capitula Cathedralium non tenentur accedere nisi velint, nec possunt compelli, & n. 42.

43. Abbates, & alii inferiores Episcopi subiecti non con- guntur venire, licet sit expeditum ut veniant. Exempli, & Abbates non tenentur venire, nisi qui de jure, vel consuetudine interesse debent, n. 42.

Capitula Cathedralium sunt specialiter invitanda, n. 49.

47. In Concilio provinciali quo ordine Capitula, Abba- tes, Commendatarii, Dignitates, & Procuratores Cathedralium considerari debeant.

51. Concilii provinciali Decreta subacti omnes Episco- porum observare tenentur.

52. Exempli compelli possunt ad eorum observantiam in casibus, in quibus de jure communi, vel ex Con- cilio Tridentino potestas in ipsos tribuita est. Vel Episcopi, Synodo provinciali.

ET SI MEMBRA. Ad Concilia Provin- cialia convocari debent, & admitti cathedra- lium Ecclesiarum capitula. Hoc dicit, Jo. Andr. Buttr. Cardin. Ancharan. Imola, Abb. & Jo. de Anan. Prima pars ponit querelam. Secun- da providet ibi, visum fuit.

Nota primò, ibi, Cathedralium: ad Synodum Provinciale non esse vocandos Canonicos colle- giatarum Ecclesiarum, vel alios clericos infe- riores; ex eo enim quòd textus includat cathedrales Ecclesias, tacite excludit alias, licet colle- giatas, & merito, quia de illis disponitur per Episcopum, & suum Capitulum, c. Novit, supra eod. & ita post Egid. sic tenet hic Jo. Andr. n. 1. vers. Et nota quòd dicit Cathedralium, Cardin. eodem numero Anchar. & Abb. in 1. notab. Fallit si Capitula Colle- giatarum haberent jurisdictionem quasi Epi- scopalem, quia tunc ad Synodum essent vocanda ex sententia S. Congregationis Concilii.

2. Secundò nota ibi, debeant invitari. Cathedra- lium Ecclesiarum Capitula ad provinciale Con- ciliium esse invitanda, & admittenda ex necessitate, ponderando verbum debeant, quod ex proprie- tate vocabuli necessitatem designat, gloss. in Clem. Attendentes, in ver. Debeant, de statu Mona- chor. Signorol. de Homod. conf. 87. n. 4. & 5. & hic tenent Cardin. n. 3. in fin. & Abb. n. 2. vers. Sed ego, quod videtur esse contra Innoc. in cap. Grave, n. 3.

Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

suprà de Præben. dicentem Capitula Cathedralium ad hoc Concilium non esse vocanda, nisi ex honestate. Sed an hoc sit verum, & quomodo sit in- telligendum, plene examinabitur infra in ultima quest. n. 37. 40. & seq. n. 49.

Tertiò nota ex eodem ver. Invitari. Invitatum ad actum debere admitti. Unde est argumentum, quod ex invitatione jus acquiritur invitato: nam turpius ejicitur, c. c. Quænam admodum, supra de jur. jur. Item est argumentum, quod citatus ad electionem debet admitti, & sic fortius expectari, ut notatur in cap. Cum inter universos, supra de electione, nisi de novo perveniat ad eorum notitiam citatus non habere jus, c. Pastorali, supra de elec. p. Buttr. hic num. 4. Cardin. in 2. notab. Anchar. & Imol. num. 3. Concludunt tamen Buttr. Cardin. & Imol. vocantes non teneri præcisè vocatos ad- mittere, sed eis non admisis, teneri ad interesse, de quo dicendum, ut not per gloss. & DD. in d. c. Cum inter universos.

4. Quartò nota ibi, Procuratores eorum, Capitula posse comparere in Concilio per Procuratorem: nam per se commodè comparere non possunt, c. ult. juncta gloss. penult. supra de major. & obed. Holi. hic num. 1. Joan. Andr. num. 2. Anchar. n. 2. not. & Abb. n. 3.

5. Quintò nota ibi, Ad tractatum admitti. In Synodo provinciali Capitula Cathedralium Eccle- siarum, vel eorum procuratores esse admittendos ad tractatum, non autem ad decidendum, & sic habere vocem consultivam tantum, non autem decisivam, prout ex hac littera deducit Abbas hic num. 2. Præpol. in cap. Propter Ecclesiasticas, num. 9. vers. Vel aliter posses de vere, 18. dist. 1. & censuit S. Congregatio Concilii, ut dicam infra in ultima quest. 53.

6. Ultimò nota ibi, Maxime super illis. Cathedra- lium Ecclesiarum Capitula admitti debere ad Synodum provinciale etiam pro negotiis ipsa Capitula non contingentibus, ponderando di- ctionem maxime, quæ implicat idem esse in casu contrario, l. 1. §. Vel maxime, ff. de collat. honorum. l. Scire etiam oportet, §. Sed est maxime, ff. de excus. tutor. Et hic tenet Vincent. dicens debere ad- mitteri ad omnia generalia, etiam si non appareat de eorum interesse, quia potest fieri, ut inter- sint, ita ut si presentes essent, contradice- rent, & appellarent: quod possent, & cap. Super eo, de offic. delegat. & consentiunt hic Holi- stien. num. 2. in fin. Joann. Andr. num. 3. in fin. in verb. Maxime, Buttr. num. 6. Cardin. num. 3. vers. Oppono, Anchar. num. 5. Imol. num. 4. & 5. dicens hanc partem esse veriorum, Abbas, & Joan. de Anan. num. 4. Ex quibus patet hanc esse communem opinionem, quam etiam sequitur Henric. Boetius de Synod. Episc. parte secunda, num. 42.

7. Hoc tamen intelligas secundum Holi. & alios proximè citatos, nisi Prælati aliqua secreta habe- rent de mandato Superioris in Synodo pertra- ctanda, quæ revelare non possent sine trans- gressione obedientie, vel juramenti, cap. Ego N. de jur. jur. Vel nisi aliqua alia iusta causa sub- esset, quare non deberent, quod agitur omni- bus publicare, ut in simili notatur in cap. Novit, in prin. supra eod.

8. In glossa ultima QUÆRO An Laici Provin- ciali interesse possint, aut debeant?

Glossa

17 Glossa tenet laicos hujusmodi Conciliis non debere interesse, nisi in tribus casibus. Primus est si specialiter vocentur, & invitentur, & ita debet
 18 intelligi cap. *Adrianus*, 63. *dist.* Secundus est quando tractatur causa fidei, quia hæc communis est tam clericis, quam laicis, ut c. *Vbi nam legis*, & c.
 19 *Nos ad fidem*, 96. *dist.* Tertius quando tractaretur de gradibus circa matrimonium contrahendum, c. *Ad sedem*, 35. 95.
 20 Sed Host. *hic n. 4.* declarat hanc gloss. ita esse intelligendam, ut in casibus præmissis admitti debeant laici ad audiendum, non autem ad iudicandum, vel docendum, c. *Docendus*, 62. *dist.* Addit Abb. *n. 6. vers.* *Et in quantum*, laicos admitti posse etiam ad consulendum, per cap. *Ad sedem*, 31. 96. & c. *Ad Apostolica*, de re iudic. *lib. 6.* Quod & S. Congregatio Concilii approbavit, ut dicam infra *num. 90.* Item admitti debent ad iustitiam petendam, vel defendendam, c. *Novit*, *supra de iudic.* & cap. 1. *de sponsal.* In ecclesiasticis autem negociis, & ubi tractatur de clericorum correctionibus, laici omnino sunt excludendi, arg. c. *Massana*, *supra de elec.* & extravag. *Non debet*, Bonifacii VIII. Pro modico enim animosè nobis insidiantur, & oppidò sunt infesti, c. 1. & c. *Laici*, 2. 97. Ita Host. cum quo transeunt *hic Jo. Andr. n. 4. Butr. num. 7. Anchar. n. 5. vers. Quanto*, *Imol. n. 6. vers. in glossa final.* Abb. *n. 5. vers. Et nota*, & Jo. de Anan. *n. 5. vers. Adde*, quod laicus profectur Præpositus, & de communi attestatur in c. *Canonis*, *n. 5. dist.*
 23 Porro Legati Regni sub quovis titulo in Conciliis Provincialibus non debent admitti, & hoc potissimum, ut Præfules liberi ea, quæ agenda sunt, ad Dei honorem, & Ecclesie adificationem
 24 pertinet, & decernere valeant, arg. c. *Quinquis*, *supra de elec.* Reges vero, aut eorum officiales de iure synodaliibus conventibus non nisi in certis in iure expressis casibus interesse debent, ut in VIII. Synodo cap. 17. & in d. cap. *Vbi nam legis*, 96. *dist.* & notatur in d. c. *Adrianus*, 63. *dist.* Sunt enim hi ceteris Episcoporum, & Sacerdotum, suntque propter ecclesiasticas causas, cap. *Propter Ecclesiasticas*, 18. *dist.* & per tot. Quippe negatur laicis in causis ecclesiasticis quicquam decernere, cap. *Bene quidem*, 96. *dist.* cap. *Decernimus*, *supra de iudicis.* Cumque Pontificia, & sæcularis dignitatis officia sint distincta c. *Cum ad verum*, eadem *dist.* licet quando Reges habent suos conventus, nullus Pontificis legatus intervenit, nec recipitur: ita iniquum est impedire summis Præfules, & Sacerdotes, ut de rebus ad ipsos pertinentibus tractaturi non possint convenire exclusis Regis arbitris d. cap. 17. VIII. Synodi: inter sint quidem Principes sæculares per seipsos, vel per suos Nuntios in Conciliis Universalibus, ubi agitur de fide, reformat. & pace, d. c. *Nos ad sedem*, & c. *Vbi nam*, 96. *dist.* sic & Conciliis Provincialibus interdum interstuerunt Reges, ut recipere fidei, quam ipsi prostrati in terram profitebantur, & iurabant: interdum ad tuendos Patres ab imminante infidelium, & Hæreticorum: Quandoque ut votum, & iudicium Concilii haberent super rebus ad ipsos Reges, & Regni regimen pertinentibus, sicut passim in Concilio Toletano, & in aliis videre est: licet quamplura ex d. Conciliis non sint merè provincialia, sed potius totius illius nationis, & quamvis glossa nostra videatur sentire laicos debere Synodis Provincialibus interef-

se, ubi de fide agitur: tamen cause fidei non tractantur nisi in Conciliis Universalibus, nec glossa loquitur explicitè de Provincialibus, sed dicit in Conciliis hujusmodi, & de generalibus Conciliis eam intelligi Abb. *hic num. 5.* In aliis vero causis communibus utile quidem est laicos vocari, ut per Guilielm. Durand. in *tract. de Concilio rubr. 10.* Sed necessariò, vel auctoritate propria etiam in his casibus interesse non debent, *Cald. conf. 8. de Constit.* sed illi dumtaxat sunt admittendi, qui ex Concilii electione vocantur, ut intersint, prout loquitur in Concilio Toletano IV. cap. 3. & hic iunge quod dicitur infra *n. 50.* ex sententia S. Congregationis Concilii.
 31 QUÆRO generaliter quomodo sine vocandi, & admittendi ad Concilium Provinciale.
 32 Manifestum est Episcopos suffraganeos esse vocandos, & admittendos ex necessitate, secundum Innoc. in cap. *Grave*, in *prin. supra de Præbend.* quem sequuntur communitè DD. teste Præposito in cap. *Propter Ecclesiasticas*, *il primo num. 9. vers.* Sed assumendo *lat. us. 18. dist. n. 8.* & probatur aperte in cap. *Sicut olim*, *ibi. Metropolitani cum suis suffraganeis, infra de accusat.* in cap. *Non oportet*, cap. *Pervenit*, cap. *Quoniam*, cap. *Si Episcopus*, cap. *Placuit*, & cap. *Si quis Episcoporum*, eadem *dist. n. 8.* Quod locum habet etiam in exemplis, ut in Concilio Lateranensi novissimo sub Leone X. *sess. 10.* in Constitutione, quæ incipit, *Regim ni, circa finem*, §. *Maturè quoque considerantes, tom. 4. Conciliarum. par. 2. pag. 99. col. 1.* & in Concilio Tridentino *sess. 2. cap. 24.* ubi statuitur ut Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cuius Synodo Provinciali cum aliis interesse debeant, & quæ ibi ordinata fuerint, observent, & observari faciant.
 34 Archiepresbytero Altamura declarari postulante ad S. Congregatione Concilii, An dispositio d. cap. 2. *sess. 24.* secundum quam Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subduntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, cuius Provinciali Synodo interint, extendatur ad ipsum Archiepresbyterum nullius Diocesis, nullique Archiepiscopo subiectum: Sanctissimus ex sententia S. Congregationis declaravit ex identitate rationis d. cap. 2. extendendum etiam ad omnes alios inferiores Prælatos, qualis hic Archiepresbyter, qui sunt nullius Diocesis, ut & ipsi debeant eligere unum Metropolitanum iuxta d. cap. 2. & clarè innuit cap. 9. *sess. 24.* *ibi. Quis semel in Concilio Provinciali à Prælato illius loci electus fuerit, & cum Concilio d. c. 2.* Præbat facultatem eligendi soli Episcopo absque consensu Capituli: ita & inferiores poterunt eligere sine consensu suorum Capitulorum.
 35 Sed cum dubitatum fuerit, An decretum d. c. 2. *sess. 24.* habeat locum in Episcopis, qui sunt in provincia Romana, veluti qui sunt inter Capuanam provinciam, & Pisanam, qui habentur in c. *Sua*, de offic. *Vicar.* & latius in Provinciali Cancellaria Apostolica: S. Congregatio constituit non habere locum.
 37 Verum de aliis inferioribus, & præcipuè de Capitulis Cathedralium Ecclesiarum, Jura, & DD. non videntur convenire, Num ad Concilium provinciale ex necessitate vocari debeant: nam *to. x. in d. cap. Propter Ecclesiasticas*, *il 1. 18. dist.* videtur in-

innuere præter Episcopos ad hoc concilium esse vocandos etiam inferiores, ut patet ex illis verbis: *In ipsi autem Concilio & Presbyteros, & Diaconos presentes esse oportet, & omnes quotquot se laicos existimant.* Ad idem text. in cap. *Propter Ecclesiasticas*, *il 2. ead. dist.* *ibi. Ita ut ad Concilium veniant omnes Presbyteri, & Diaconi, vel hi, qui se laicos existimant, & in d. cap. Sicut olim, de accusat. ibi. Ad Metropolitanum, & suffraganeos, & alios: nam illa dictio, alios, ostendit præter Episcopos in Synodo provinciali, alios quoque interesse debere, & ita illum textum ponderat ibi Innoc. ad *fin. in ver. Alios*, dicens
 38 esse ibi argumentum quod non solum prælati, scilicet Episcopi, sed etiam alii debent interesse Concilio provinciali, & concordat Concilium Tridentinum in d. c. 2. *sess. 24.* in illis verbis: *Episcopi omnes, & alii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, convenire omnino tenentur, & in cap. 2. sess. 25. ibi. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de jure vel consuetudine in Concilio provinciali interesse debent, et de cathedralium ecclesiarum capitulis, quod necessariò vocari debeant, & admitti.* Videtur text. apertus in hoc cap. Illud ponderando, ut dixi supra in 2. *notab.* & hoc tenent expresse Card. *hic nu. 3. in fin.* & Abb. *num. 2. vers. Quinimo.*
 39 Sed gloss. in d. cap. *Propter Ecclesiasticas*, *il primo in vers. Et omnes*, exponit copulam, & pro id est, sentiens per hoc non omnes de provincia esse vocandos ad provinciale Concilium, sed illos tantum, qui se laicos existimant: & movetur ab absurdo, quia si omnes de provincia essent præfentes, superfluum esset ut in diocæsana synodo proximè futura publicarentur eis acta provincialis Concilii, sicut fieri præcipitur in d. cap. *Sicut olim, de accusat.* & idem tenet gloss. in d. cap. *Propter Ecclesiasticas*, *il secundo, in ver. Vel hi.*
 40 Similiter Innoc. in d. cap. *Grave*, postquam in prin. dixit ad provinciale Concilium solos Episcopos esse vocandos ex necessitate, *num. 3.* subiicit Capitula Cathedralium tunc esse vocanda, cum de eorum factis agitur, & ita intelligit hanc Decretalem, aliàs verò minime vocari debere, nisi de honestate, vel propter consilium, ut cap. *Obstantibus*, 64. *dist.* Et hæc opinio Innocentii magis placet præposito in cap. *Propter Ecclesiasticas*, *il primo, num. 9. vers.* Tamen mihi potius placet, 18. *dist.* et hæc quia iura, quæ de hac materia loquuntur tantum de Episcopis faciunt mentionem, ut patet ex capitulis supra allegatis, *num. 32.* Et hæc Decretalis intelligenda est de honestate, vel ubi agitur de illorum præiudicio. Sed certè hæc ponderationes sunt satis infirmæ. Imo enim iura in hæc materia loquuntur non tantum de Episcopis, sed de aliis, ut ostensum est supra *num. 37.* Et hoc cap. non loquitur de honestate, cum utatur ver. *Debent*, quod est necessitativum, ut inquitur hic Card. *nu. 3. in fin.* & Abb. *num. 2. vers. Sed ego.* et citigi supra in 2. *notab.* Nec sine violentia hic textus restringi potest ad casum ubi agitur de eorum negociis, ut loquatur per adverbium, *maxime*, quod implicat idem esse in casu contrario, ut observat Jo. Andr. *hic num. 3. in fine, in ver. Maxime, & similiter dixi supra in ult. notab.*
 41 Quid dicendum? ego considero Innocentium habuisse optimum sensum, & opiniones Doctorum in hæc materia, sedulo expenditur, non discrepare: Nam Innocentius in d. c. *Grave*, *num. 3.**

de præben. tenet Capitula Cathedralium ad provinciale Concilium esse vocanda de honestate tantum præterquam in duobus casibus, videlicet cum de eorum factis agitur, vel propter consilium: itaque sentit Innoc. Capitula esse vocanda ex necessitate, non quidem ut votum habeant ad decidendum, sed tantum ad consulendum, hoc enim innuunt illa verba alternativè posita, *vel propter consilium*; in quo conveniunt etiam Abb. & præpositum loci supra citatis, quia tenent Canonicos Cathedralium vocari debere, & admitti ad Synodum provinciale, non tamen ut habeant votum decisivum, sed consultivum dumtaxat: et est ex mente Hostiens. *hic num. 2. in ver. Nunc, Joan. Andr. num. 3. in ed. ver.* Dum dicunt in Concilio provinciali omnia gerenda esse de consilio Capitulorum provincie arg. cap. *Humilitas*, *supra de major. & obed. Sicut in Diocæsana Synodo agi debent omnia de Consilio Canonico*, arg. cap. *fin. infra de his quæ sunt à majori par. Capituli*, cap. *Novit*, & cap. *Quanto*, *supra cod.*
 42 præterea quod Innocentius dixit ad Concilium Archiepiscopi ex necessitate vocandos esse Episcopos, & non alios, intelligi debet de necessitate non respectu eorum, qui vocantur. Unde sensus est, quod soli Episcopi cogi possunt ad Synodum venire, prout loquuntur iura ab Innoc. allegata. Alii verò non vocantur ex necessitate, quia necesse non habent comparere, nec compelli possunt invitari: et ideo hic textus cum in vitero dixit invitari, non autem vocari, quia non tenentur venire, nisi velint, ut hic per Abb. *Antiq. post prin. in ver. Invitari*: ideoque de Abbatis subiectis Episcopo, & aliis inferioribus, qui non coguntur venire ad Synodum provinciale, licet sit expediens ut veniant, conclusionè Hostiens. in c. *Quod super his*, *num. 4. & Jo. Andr. in d. n. 9. supra de major. & obed.* Id quod apertius declarat Præpositus in d. c. *Propter Ecclesiasticas*, *num. 9. vers. Et aliter*: *licet enim ait: (Licet Cathedralium ecclesiarum Capitula debeant invitari ad Concilium; non tamen per hoc concluditur, ut habeant vocem definitivam in Concilio, quia hoc pertinet ad solos Episcopos per iura superioris inducitur, et hoc etiam colligitur ex alio, quia Episcopi cum sint necessarii tamquam distinctores in Concilio, nedum invitantur ad Concilium, imò vocantur invitati, & si non veniant cessante legitimo impedimento, puniuntur, ut in c. Pervenit, & in c. Placuit, 18. dist. De Capitulis verò ecclesiarum Cathedralium hoc non dicitur, scilicet ut compellantur, sed ut debeant invitari; & hoc est pro consilio: Nam licet navis quisque Episcopis cum consilio sit Capituli expedire debet gravia, & non aliter, ut in cap. 1. de excess. Prælat. Ita omnes Episcopi provincie ibi existentibus soluti est, ut cum consilio suorum Capitulorum expediant ea, quæ in provinciale Concilio aguntur. Utile enim est in rebus prædictis multorum, & præsertim peritorum adhibere consilia, ut l. *Humanum*, c. de legib. & l. *Viri scirent*, ff. de iure patr.) Hæc præpositi qui subdit secundum hæc posse intelligi iura, quæ dicunt Abbates, vel alios debere intervenire in Provinciali Concilio, id est, vel pro consilio, vel si eorum inter sit.*

Demum hæc sententiam non obscure alias probavit Sacra Congregatio Concilii: nam cum quæretur de sessione in Concilio provinciali, & de observazione Decretorum, de que interest.

lencia tunc exemptorum, tum laicorum : ita fuit decretum.

- 47 Sacra congregatio censuit in Conciliis provincialibus Commendatarios Monasteriorum, sive Abbatiarum inter Abbates esse recipiendos, quando capitulariter procedunt. Extra hunc casum Abbates Titulares, vel habentes usum Mitrae debere precedere Commendatarios. Post hos locum tenere dignitates, & post dignitates collocandi sunt Procuratores Ecclesiarum Cathedralium. Nec teneri venire ad Concilium provinciale exemptos, & Abbates, nisi ii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent. Capitula tamen Cathedralium Ecclesiarum esse specialiter invitanda. Laicos verò invitatos posse interesse, in eoque votum consultivum habere. Et ad observationem Concilii provincialis omnes esse obligatos, qui Episcoporum jurisdictioni subduntur. Exemptos etiam in casibus, in quibus a jure communi, & Concilio Tridentini decretis specialiter Episcopis, aut Concilio provinciali in ipsos potestas tributa est, & contra inobedientes juris remediis esse procedendum. Abbates autem Commendatarios, & Capitulum deputatos vocem dumtaxat consultivam in Concilio provinciali habere. Episcoporum verò procuratores posse habere etiam de iurisdictione in Concilio provinciali placuerit

DE HIS, QUAE FIVNT à MAJORI PARTE CAPITULI.

Cap. Cum in cunctis.

S V M M A R I V M.

- 1 **O**rdinatio majoris partis capituli per contradictionem, & appellationem minoris non rationabiliter opponens, impediri non debet.
- 2 Gestis à majori, & saniori parte universitatis regulariter valent, etiam si contradicente minore.
- 3 Pars major, & sanior qua dicitur.
- 4 Pars major in dubio censetur etiam sanior, nisi contrarium probetur.
- 5 Majori parti regulariter standum est in omni dispositione.
- 6 Contemptus plus juris habet ad annullandum gesta majoris partis, quam plures praesentes, & contradicentes.
- 7 Minoris partis contraditio non impedit gesta à majori parte universitatis, nisi causa rationalis probetur coram superiore.
- 8 Ius pascendi quod habent clerici, & laici in diecesi Capituli a quibus locari possit ab Universitate clericis contradicentibus.
- 9 Ius pascendi est commune pluribus ut singulis, non ut universis.
- 10 Major pars non potest statuere in praedictum minoris in iis, quae competunt pluribus ut singulis. Secus si pluribus ut universis, & n. 12.
- 11 Vires stras non potest statuere de pascuis nisi omnibus consentientibus, & n. 13.
- 14 Minor pars uti potest re communi ad usum destinata, licet majori contradicat, & n. 16.
- 15 Universitas non potest prohibere ne incolae utantur pascuis juxta consuetudinem.

- 17 Superior lege inferioris non ligatur.
- 18 Universitas etiam in re communi pluribus, ut universis non potest statuere in praedictum domini temporalis.
- 19 Clerici sunt laici superiores, & exempti ab eorum jurisdictione.
- 20 Clerici volentes mittere sua animalia ad pascua universitatis tenentur ad onera statuto universitatis imposita.
- 21 Secus si pascua sint ad usum Clericorum, & laicorum.
- 22 Clerici etsi sunt membra Reipublicae, non tamen ligantur statutis universitatis laicalis.
- 23 Ad statuti validitatem non solum requiritur rationalitas, & honesta causa, sed etiam statuentis jurisdictione.
- 24 Statutum universitatis etiam generaliter conceptum in subditos est nullum in praedictum clericorum.
- 25 Statutum universitatis adimens clericis ius pascendi est contra immunitatem Ecclesiasticam.
- 26 Statutum editum in odium clericorum non valet etiam si odium redundaret in personam subditam.

CUM IN CUNCTIS. Ordinatio majoris partis Capituli per contradictionem, & appellationem minoris non rationabiliter opponens impediri non debet. Hoc dicit secundum Jo. Andr. Anton. de Butr. Card. Anchar. & Imol. vel clarius secundum Abbat. in universitatibus Ecclesiasticis praevalent regulariter quod fit à majori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat. Verum quia non sufficit contradicere, nisi probetur objectum, ut in littera, & dicam infra in 2. notab. aptius ex mente glossae inc. Quia propter, in ver. Vice omnium, supra de elect. sic posset summari. Gestis à majori parte universitatis effectum sortiri debent nisi rationabilis causa à paucioribus ostendatur. Dividitur in duas partes. Prima ponit factum reprehensibile. Secunda providet per statutum, ibi. Quocirca.

- 2 Nota primò ex hac decretali regulam, quod in actibus universitatis regulariter valent gesta à majori, & saniori parte etiam contradicente minore, concordat cap. 1. 2. & 3. 6. dist. c. De quibus, 20. dist. c. Licet, supra de elect. 1. Duo ex tribus ff. de re judic. & dicitur pars major respectu numeri, & sanior respectu consilii, & materiae subiectae, secundum Holl. num. 2. & Abb. num. 3. Et dum jura simpliciter dicunt standum esse majori parti, intelligi debet de majori & saniori, quia major pars dicitur quae majori ratione & pietate nititur, c. Sana quippe, 9. dist. cura concord. de quibus hic per gloss. in ver. Rationabiliter. Non enim, ut inquit Holl. in princ. quae major pars est semper sanior est; sed quae sanior est semper major reputatur. Et secundum Abb. in 1. notab. num. 3. Non sufficit, ut major pars universitatis decernat, nisi etiam illa sit sanior, ut hic. In dubio tamen major pars censetur etiam sanior, quia praesumitur pro pluralitate, cap. Nullus, 6. 1. dist. nisi contrarium probetur, ut hic patet. Et in cap. Illud, 23. dist. Secundum gloss. praesal.
- 3 Regulare enim est ut majori parti stetur in omni dispositione universitatis, & tractatu ipsius, in auctoritatibus Sanctorum, in promulgatione sententiarum, & statutorum, in datione totorum, & creatione Canonorum & Praetorum, in retributione faciendâ à creditoribus, & similibus, ut

post

post Tancredum, Gostredum, & Philippum dicitur Holtien. num. 4. & Joan. Andr. num. 1. 1. Et intellige praedictam regulam, dummodo pars major fuerit praesens, dum actus gerebatur; secus si fuerit absens, & contempta, ut si vocata non fuisset eo casu, quo vocari debuisset, quia tunc contemptus non solum minoris partis, sed unius tantum, reddit invalidum quod gestum est à majori parte, c. Quod sicut, supra de elect. secundum Anton. de Butr. hic num. 2. Petr. de Anchar. nu. 2. & Imol. nu. 1. Quinimò contemptus si suum contemptum prosequatur, plus juris habet ad annullandam ordinationem, seu provisionem majoris partis, quam haberent plures praesentes, & contradicentes, Oldrad. conf. 64. quodam Canonico contempto, & vide Angel. conf. 269. penult. est.

Secundò nota in ver. Nisi, &c. exceptionem à praedicta regula, ut scilicet non procedat si à minori parte aliquid rationabile obijciatur contra ordinationem majoris partis universitatis, quia tunc quoad effectum impediatur, quia revocabitur posteaquam de veritate objectae exceptionis legitime constitit: non enim sufficit opponere nisi obiectum probetur coram superiore, ut patet ex littera ibi, obiectam fuerit, & ostensum, Innoc. num. 3. ver. sed est jus, & num. 4. Butr. num. 2. & 3. Anchar. num. 3. Imol. num. 1. & Abb. num. 5. & facit quod not. in l. 1. ff. Si quadrupes pauper. fecisset, dicitur, & in Clement. 1. de rebus, in integro. Ceterum tam regula superius propoſita, quam exceptio procedunt in actibus universitatum, prout loquitur hæc Decretalis, & sic in his, quae competunt pluribus, ut in universis, & quae autem est in his, quae competunt pluribus, ut in singulis, quia tunc unius tantum contraditio habet actum vitiosum, ut fufius dicam in seq. quaest.

Ex factò quaesitum est, An ius pascendi, quod habent clerici, & laici in Diecesi Caputagenſi, locari possit ab universitate Clericis contradicentibus.

Videtur respondendum non posse. primò, quia cum ius pascendi sit commune pluribus ut singulis, non ut universis, ex rationibus adductis à Capic. decis. 15. 2. incip. universitate, sub num. 3. ver. Dubium modo stat an hoc territorium, & Surd. conf. 65. num. 7. vol. 1. major pars universitatis non potest de eo statuere nisi omnes consentiant sive clerici, sive laici, gloss. communiter approbata in c. Cum omnes, in ver. Constitutum, ver. Sed nuncquid est verum, de consuet. Atque ita ob hanc rationem Capic. d. decis. 15. 2. videtur concludere universitatem non potuisse aliquibus contradicentibus statuere, ut deinceps non liceret cuiquam ius pascendi, nisi soluta certa pecunia in communes necessitates eroganda. Hanc eandem opinionem, id est, majorem partem universitatis non posse aliquibus contradicentibus statuere de pascuis, sed necessarium esse omnium consensum, quia agit de re communi pluribus ut singulis, tenent Cagnol. in l. 2. in princ. §. fin. nu. 14. ver. Et similiter, de orig. jur. Covarr. variar. resol. lib. 1. cap. 17. num. 1. 1. ver. Sic restor civitatis, & Surd. conf. 65. per tot. col. 1. ubi etiam citat Jas. conf. 7. 1. col. 2. ver. Ne ists casu, vol. 3. Quod enim major pars possit statuere in damnum minoris, procedit in rebus, & negotiis universitatis, quae sunt communita pluribus ut universis, l. Quod major atque ibi gloss. & Bare. ff. ad municip. §. luffan. c. 1. in ver. Tractatum, de reb. Eccles. non alienand.

lib. 6. In aliis verò unius dissensus potest actum impedire, c. fin. ubi nor. de major. & obed. c. Quod omnes, atque ibi declarat Dyn. de reg. jur. in 6. jo. Andr. in cap. unico, de rer. permutat. eod. lib. gloss. in cap. Quia propter, in ver. Vice omnium supra de elect. & tradunt omnes in d. c. Cum omnes.

Secundò, quia etsi ius pascendi competere pluribus, ut universis, cum tamen commodum à singulis percipiatur, praesertim qui memoribus, & pascuis uti volunt ad usum delimitatum, licet major pars contradicat. Sic probat text. in l. Civitatis, ff. de legat. 1. Atque ita in terminis per hanc rationem respondit Ripa respons. 5. incip. An ius pascendi de iurisdic. & imper. alias respons. 93. seu 22. lib. 1. ubi pluribus probat universitatem non posse prohibere ne incolae utantur pascuis juxta consuetudinem, & esse deferendum appellationi super hoc interpositae ab aliquibus, non obstante ordinatione, & statuto majoris partis, & ibi etiam ostendit statutum hujusmodi esse iniquum, & irrationabile cum alias ob causas, tum quia iniquum est ut quis non possit uti re communi ad usum delimitatum, l. 1. c. de pasc. publ. lib. 10. l. Arbitrarius, §. Navis ff. de usufr. l. Si ades ff. comm. divid. cum concord. Ripam referit, & sequitur Surd. conf. 59. Dubitari non potest, sub n. 2. 1. ver. Circumscripta etiam superioritate, & conf. 65. per tot. vol. 1.

Tertiò etsi ius pascendi esset commune pluribus ut universis, & major pars posset de eo absolute statuere, id tamen haberet locum quoad eos tantum, qui pares essent, vel inferiores; quia superior lege inferioris non ligatur, c. Venientes, de iur. jur. c. Inferior, 2. 1. dist. c. Cum inferior, de major. & obed. Clem. Ne Romani de elect. & verba statutum non referuntur ad personas non suppositas, c. A nobis, si primò de sent. excomm. c. Ut animarum de Conf. lib. 6. Quae ratione quidquid contra videtur distille Vincent de Franch. decis. 197. universitate lapigii per totam. Sentiens universitatem posse vendere ius pascendi etiam contradicente Barone, qui se primum civem profitebatur. Surd. d. conf. 59. h. 15. & 16. Constituit universitatem quamvis possit statuere circa ea, quae concernunt administrationem rerum suarum, & prohibere ne cives, & incolae uti possint memoribus & pascuis; hæc tamen illius prohibitionem non ligari Comitum loci dominum temporalem, qui licet tanquam civis habeat ius pascendi, non aliter tamen populi ordinatione, quia statuta inferioris non limitant jurisdictionem superioris, ut ait Bald. in antem. sed novo iure n. 8. in fin. c. de serv. fugit.

Quantiobrem cum clerici sint superiores laici, & exempti ab eorum jurisdictione, cap. Ecclesia, §. Maria, de Constit. cum concord. locatio universitatis non obstat ipsi quo minus uti possint ius pascendi consuetudine acquiritum. De quo est aperta decisio Abb. in conf. 6. part. 1. incip. Casus super quo peritur, & videlicet perperam pro contraria parte allegetur sibi enim in prima parte concludit, si pascua sint communitatis laicorum, Clericos, qui volunt animalia sua mittere ad illa loca communitatis, teneri solvere onus impolitum ex statutis ipsius universitatis, quia non dicitur hoc casu Communitas legem impotere clericis, quibus ius pascendi non competit, sed vendere usum fructuum rerum suarum, quibus si clerici uti velint, equum est, ut etiam subeant onera iisdem rebus incumbentia, & hic non est casus noiter, quia Abb. ibi

sup.

supponit clericis jus pascendi non habere. Deinde sub n. 2. (Si vero inquit ista loca pastura sunt ad usum communis clericorum, & laicorum, & si forent communia clericis & laicis, ut in casu praesenti) tunc non teneretur clericus, &c. quia per statuta laicorum non teneretur clericus colere; tum quia statuta laicorum non afficiunt clericos; tum quia in rebus communibus non possent soli laici constituere in praedictum aliorum jus in rebus habitum. Quare quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, &c. tum quia in re communi potior est conditio prohibentis, & par in parem non habet imperium.) Haec ille.

Non obstat quod Mastrill. de off. 49. vol. 1. contrarium sentiat; nam nulli ducitur authoritatibus, & eius rationes sunt levissimae: moveretur enim potissimum, quia cum clerici sint membra Reipublicae, & veniunt universitatis appellatione, subduntur & ipsi statutis laicorum in materia ad universitatem pertinente.

- 22 Quod tamen non admittitur a Canonistis: nam esto tam clerici, quam laici sint mystici corporis Ecclesiae membra; tamen Deus jurisdictiones distinxit, & clericos non legibus, & potestatibus secularibus, sed Ecclesiasticis tantum voluit esse subiectos, c. Si Imperator, ubi Turresrem, & Praepos. notant 95. dist. cap. Quamquam de cens. in 6. d. c. Ecclesia s. Maria, de Constit. c. Quoniam, & per totam, 10. dist. Puichre Oldrad. conf. 83. incip. An Episcopus, per tot. Goffred. Abb. & Felin in c. 2. de foro compet. Sunt enim clerici membra honorabilia Reipublicae, ut inquit Bald. conf. 241. Verba Capituli, in fine lib. 3. & dicuntur magis non subditi, quam alii non subditi laici, secundum a Signorol. conf. 21. Statuta civitatis, col. 2. & Dec. in d. c. Ecclesia s. Maria, n. 224. Argumentum autem Mastrilli hanc clericorum exemptionem radicibus convellit. Nec refert quod statutum alias sit ex se honestum & rationale, quia ad validitatem statuti necum requiritur honestas, & rationabilis causa, sed etiam auctoritas, & iurisdic. quae laici in clericos non habent, Bald. in l. 1. c. de Summa Trin. & sile. Cathol. Sed docent in d. c. Ecclesia s. Maria, Felin n. 81. & Dec. nu. 53. Socin. jun. conf. 8. n. 22. vol. 4. Covarr. pract. quast. ca. 8. n. 5. & Barl. conf. 93. n. 22. lib. 1. ubi restatur de magis communi opinione. Quod procedit etiam si statutum sit generaliter conceptum, nec specialiter disponat de clericis, quia licet verba caute dirigantur in subditos, tamen cum clerici ex locatione graventur, non est curandum cum quo quis loquatur, sed quo dirigatur intentio. Ita Alexan. conf. 211. num. 12. lib. 1. post Anchar. in repet. c. Canoniam statutum, 2. quast. in princ. vers. Ego quaro, de Const. Est autem ordinatio Universitatis contra communicatam Ecclesiasticam, quia tollit clericis jus pascendi ex consuetudine acquisitum, quod fieri non potest, ut considerat Anchar. conf. 155. in princ. & Jo. Baptista Laderch. in conf. sua 103. nu. 11. vol. 1. Praesertim quia id videtur studioso factum fuisse in odium clericorum. Quo casu statutum non valeret etiam si odium redundaret in personam subditam, secundum Bart. in l. Omnes populi, n. 53. de iust. & iur. Felin. in d. c. Cum omnes, nu. 1. & 2. & in terminis juris pascendi observat Surd. conf. 59. sub n. 26. vers. Ex alto etiam.

DE REBUS ECCLESIAE non alienandis.

Cap. Nulli.

S V M M A R I V M.

- 1 Res Ecclesiarum immobiles, & pretiosa mobilis alienari non debent, & num. 2.
 2 Nullus est verbum universale negativum.
 3 Alienatio bonorum Ecclesiae per canones prohibetur quibuscumque clericis, & multo magis laicis, & n. 5.
 4 Clerici omnes dici possunt Sacerdotes.
 5 In concernentibus animam omnes homines de mundo sunt de foro Ecclesiae.
 6 Alienatio bonorum Ecclesiae requirit causam, & solemnitatem, n. 13.
 7 Et causa alienationis qua sunt.
 8 Alienatio bonorum Ecclesiae, quam solemnitatem requirit, & an sufficiat solemnitas introducta de consuetudine, & n. 11.
 9 Consuetudo aliquando addens solemnitati a iure requisitam alienationem rerum Ecclesiae, valida est, si sit Ecclesiae utilis.
 10 Decretum iudicis in alienatione rerum Ecclesiae non requiritur, sed sufficit causa cognitio.
 11 Alienatio rerum Ecclesiae etiam cum causa, & solemnitate post Extravag. Pauli II. fieri non potest Papa inconsulto, & n. seqq. usque ad n. 19. Fallit in 5. casibus, ut n. 19. usque ad n. 29.
 12 Intellectus Extravag. Ambrosiae, de reb. Ecclesiae non alien. & n. seqq. usque ad n. 29.
 13 Clausula in medio posita refertur ad proxima, non autem ad omnia precedentia.
 14 Claus. in fine posita refertur ad omnia precedentia.
 15 Emphyteusis contractus de bonis Ecclesiae potest fieri sine beneplacito Apostolico, si tres conditiones concurrant.
 16 Tunc, dictio denotat extremitatem temporis.
 17 Feudalia bona Ecclesiae possunt insculari non obstante iuramento de non alienando Papa inconsulto.
 18 Fructus, & bona Ecclesiae, quae servando servari non possunt, licite alienantur sine beneplacito Apostolico.
 19 Et talia dicuntur quae non durant triennio, vel usu consumuntur, & non fructificant.
 20 Terrula, vel vineola Ecclesiae alienari possunt de consensu Episcoporum concurrentibus.
 21 Cap. Terrulas 12. q. 2. non sunt sublatam per Constitutionem Pauli II. nec per Conc. Trid.
 22 Terra exigui valoris quae dicantur ad hoc ut alienari possint sine beneplacito Apostolico.
 23 Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, quae sit ex necessitate, iuris non requirit solemnitatem.
 24 Fratres Minores alienare possunt sine solemnitate bona immobilia eulogata sub modo iusto, vel simpliciter.
 25 Alienatio, & specialis hypotheca differunt.
 26 Hypotheca specialis bonorum Ecclesiae est prohibita. Et quid in hypotheca generalis, ibidem.
 27 Hypotheca generalis bonorum Ecclesiae in casu permissio an fieri possit sine auctoritate Episcopi, & n. 32.
 28 Congregationis Concilii Decretum de rebus Regularium non alienandum non comprehendit generalem hypothecam.

- 33 Hypotheca in quo differat a pignoro.
 34 Alienationis verbum quae continetur.
 35 Alienationis verbum large sumitur, quando lex, statutor, vel pactio prohibet alienari.
 36 Contractus stricti accipitur pro eo contractu, quo transfertur dominium.
 37 Contractus conditionis dicitur ubi praedium constituitur tributarium.
 38 Praedium conditionale quod dicitur.
 39 Locare, & conducere an, & quando sit alienare.
 40 Locatio perpetua quando dicitur.
 41 Conductio ad non modicum tempus dicitur quando excedit decennium, vel est ad decennium.
 42 Locatio & conductio bonorum Ecclesiae post Extravagantem Pauli II. fieri non potest ultra triennium.
 43 Triennium computari debet ex tribus fructuum collectionibus.
 44 Alienantes bona immobilia Ecclesiarum quas penas incurrant, & n. 45.
 45 Constitutio Leonina quae dicitur, ibidem.
 46 Lex civilis canonizata, seu inserta canonibus dicitur lex canonica.
 47 Alienationis contractus si sit Ecclesiae utilis potest per eam ratificari, nec ab illo receditur nisi Ecclesiae volente.

1 NULLA Res Ecclesiarum alienari non debent. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Cardinal. Anchar. Imola, Abbas Jo. de Anania, Barbacia, Guidopap. & Bero. Sed post verum Res, addendum videtur immobiles, prout loquitur ista littera; nam res mobiles alienari non prohibentur, ut l. Lex quae ratores, c. de admin. str. at. tutor. & l. Inter omnes, c. de praed. minorum, secundum Innoc. hic post princip. in ver. Immobiles nisi sint pretiosae, ut d. l. Lex quae, cap. Quod sicut, §. final. supra de elect. c. 1. infra de pignori. Extravag. Ambrosiae, ibi, Pretiosa in iuris Deo dicitur, de rebus Ecclesiae non alien. & hic notat Holt. num. 1. circa fin. in ver. Immobilem. Dividitur in tres partes. In prima alienationis prohibitio. In secunda, quid sit alienatio. In tertia, pae. et impositio. Secunda ibi, Alienationis. Tertia ibi, Vnde omnes, Holt.

- 2 Nota primo ex princ. textus regulam negativam, quod rem Ecclesiae immobilis nemini licet alienare, Abb. hic in primo not. & Guidopap. in sum. rextus, & Bero. numer. 2. traditur n. hic regula per verbum Nulli, quod est universale negativum, gloss. in cap. Statutum, §. Insuper, in ver. Nullum, & in ver. Qualitercumque, de rescript. lib. 6. gloss. 2. in cap. Nemo potest, de reg. jur. cod. lib. 6. gemin. conf. 35.
 3 Pro clariori, num. 4. & 5. Quare hac prohibitio sit clerico cuicumque majori, medio, & minimo, secundum Holt. hic in princ. in ver. Nulli, Joan. Andr. num. 1. in eod. ver. & Cardin. in primo not. Nec obstat littera ibi, Sacerdotes, id est Praelati; quoniam clerici omnes dici possunt Sacerdotes, ut cap. 2. supra de cohabit. cler. & mulier. secundum Abb. Antiquum hic circa finem in ver. Sacerdotes, Rufus hac prohibitio multo magis sit laicis, ut cap. 2. supra eod. secundum Holt. & Joan. Andr. ubi supra, & Bero. num. 2. vers. Ex quibus infero, idque tum ratione rerum Ecclesiae, quae sunt sub iurisdictione Papae, & Ecclesiae secundum ea, quae leguntur, & notantur in cap. 1. de nov. oper. num. in cap. Ecclesia s. Maria, & cap. Quae in Ecclesiis, de Constit. arg. c. 2. de foro compet. tum etiam ratione peccati, ex his,

quae habentur in cap. ult. de prescript. & notat gloss. in Clementina Pastoralis, in ver. Fidei ratem de re judicat. nam in concernentibus animam omnes homines de mundo sunt de foro Ecclesiae, ut inquit Innoc. in c. Quod super bis n. 4. de iur. & Bero, hic num. 3. laici enim etiam cum causa res Ecclesiae alienantes mortaliter peccant, alias perperam excommunicarentur in cap. 2. supra eod. cum excommunicatio non feratur nisi pro culpa mortali. ut cap. Nemo Episcoporum, cum sua gloss. l. q. 3. & hic observat Bero. num. 4. De Papa autem sine causa res Ecclesiae alienante vide hic per eum dem Bero. num. 5. & seqq. & latissime per Bellam. in cap. Non liceat Papae, l. 2. q. 2.
 7 Limitatur regula superius proposita, nisi alienatio fiat ex causa necessitatis, & cum iuris solemnitate, cap. Sine except. 12. quast. 2. cap. Et hoc jus, 10. q. 2. & hanc solam causam excipiunt gloss. 1. & Innoc. in princ. sed certe multo plures debuissent excipere, quas hic enumerat Holt. n. 1. & Jo. Andr. n. 5. & ante eos Petr. de Sampson. & Abb. Antiquus in c. penult. nu. 2. infra eod. Alia enim causa est necessitatis, ut si debita urgeat Ecclesiam, nec possit de fructibus satisfacere, c. Hoc jus, 10. q. 2. Alia est pietatis pro remedius capivis, ut c. Sacrorum, cap. Aurum, & c. Gloria, l. 2. q. 1. cap. 1. infra de pignori. Alia utilitatis, nam potest unam rem alienare, ut habeat aliam meliorem, d. c. Sine except. 12. q. 2. §. final. infra eod. Alia est aequitatis, ut cum res Ecclesiae concedantur ei, qui illas ad culturam reduxit, c. ad aures, infra eod. vel cum manumitteretur servus Ecclesiae de ipsa benemeritus, c. Si quis de servis, l. 2. q. 2. Alia est incommoditatis, seu minoris utilitatis, ut quia res alienanda est magis damnosa Ecclesiae, quam utilis, veluti cum alienantur terrulae, vel vineolae inculcae, aut longe posita, c. Terrula, ead. caus. & quast. Alia demum est damni vitandi, ut in rebus, quae servando servari non possunt, l. Lex quae ratores, c. de admin. str. at. tutor. l. in c. Quando decreto opus non est. Erat in universum lex quae numerantur, ex quibus res Ecclesiae licite alienari possunt. Sed gloss. in Summa, l. 2. q. 2. & Abbas hic num. 4. numerant quatuor dumtaxat nempe necessitatis, utilitatis, pietatis, & incommoditatis, putantque alias omnes ad istas esse reducibiles. Sunt tamen qui numerant multo plures, & in specie Benedictus Canopolis in repet. Extravag. Ambrosiae, de rebus Ecclesiae non alien. an. 43. usque ad n. 88. vol. 6. Repetent. sola 36. coacervavit casus quinquaginta sex in quibus res Ecclesiae possunt alienari, & fallit regula illius Extravag. secundum eum.
 9 Similiter quoad solemnitatem servandam in alienatione bonorum Ecclesiae, gloss. 1. hic non meminit nisi de solemnitate iuris, de qua in Auth. Hoc jus pariter, c. de sacros. Eccles. quae est canonizata, in cap. Ea enim, §. Hoc jus, 10. q. 1. sed Goffredus hic dicit solemnitatem illam non servari, & satis esse servare solemnitatem requisitam secundum consuetudinem loci, & eod. modo Innocentius hic in princ. dicit esse attendendam solemnitatem, quae in Ecclesia illa per consuetudinem introducta est, licet sit praeter jus, dummodo tamen non sit alias gravis, quia tunc oblatet cap. Cum causa supra de re iudicata.

Verum huic opinioni contradicit Hostien. hic num. 1. post med. vers. Et quamvis Hostienus dicens eam aperte reprobari in cap. 1. infra eod. lib. 6. Et sic putat

rat consuetudinem non posse aliquid operari in tollendo solemnitate a jure requisita in alienatione bonorum Ecclesie.

Sed Joan. Andr. hic num. 5. per id, quod habetur in d. cap. 1. infra eod. lib. 6. & in cap. 1. in fine supra de consuetud. finaliter concludit, quod si quazatur an consuetudo possit tollere solemnitate Aucti. Hoc jure porrectam, dicendum est posse, quia illa solemnitas fuit introducta a jure civili, & ideo consuetudo potest ei detrahere, l. De quibus ff. de legibus. Si autem quazatur de solemnitate requisita per c. sine exceptione, 12. quast. 2. tunc consuetudo illi detrahere non potest, quia alias esset Ecclesie nimis gravis, & contra ipsius utilitatem, ut d. cap. 1. de consuetud. Paretur tamen Joan. Andr. quod si consuetudo aliquid adderet solemnitati, de qua in d. cap. sine exceptione, tunc consuetudo valeret si eederet in utilitatem ipsius Ecclesie allegat cap. Super his cum ibi notatis per eum infra de Consuetudin. & Assuet. & quod notatur in cap. Joannes de cleric. conjugatis, lib. 6. & cum hac distinctione Joan. Andr. transeunt hic Bart. numer. 9. vers. Ioan. Andr. d. cit. Cardin. numer. 2. & communiter DD. ut testatur Abbas numer. 6. vers. Ioan. Andr. dicit, & ita secundum DD. non valet consuetudo contra solemnitatem, cap. sine exceptione, 12. quast. 2.

Debet ergo precedere tractatus, item debet intervenire auctoritas superioris, consensus Capituli, & subscriptio clericorum, non tamen requiritur decretum judicis, sed sufficit causa cognitio, alias alienatio non teneret, prout predicta notantur per Abbatem hic num. 6. vers. Et nota istum textum. Item secundum Hostien. num. 1. in alienandis rebus monasteriorum requiritur consensus Diececiani, ut notatur in c. 1. supra eod. In rebus vero Ecclesie Parochialis non sufficit consensus Episcopi, nisi & Rector consentiat, ut notatur in eodem cap. Consuetudo igitur his solemnitatibus detrahens non valet, cum sit Ecclesie onerosa, quod procedit de plano post Bullam Urbani VIII. incipien. Romanus Pontifex, qua improbantur quaecumque consuetudines Ecclesiarum, earumque bonis practicales, ut dicit in cap. Consuetudines, fere per totum, & præsertim in 59. usque ad num. 81. supra de consuetud.

Verum hodie nemini licet etiam cum causa, & juris solemnitate alienare res Ecclesie immobilis, vel qua inter immobiles computantur, inconsulto Romano Pontifice, quia in Extravagante Ambrosio de rebus Ecclesie non alienandis, Paulus II. prohibet omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum (scilicet immobilium, & pretiosorum mobilium, de quibus supra in proemio) alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transferretur, concessionem, hypothecam, (scilicet specialem) locationem, & conditionem ultra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus a jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteum ab antiquo concedi solitis; & tunc Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis que servando servari possunt pro instantis temporis exigentia; & innovat decreta, & Constitutiones Prædecessorum super hoc editas; Alienationes, hypothecas, concessiones, locationes, conditiones, & infeudationes irritat, & contravenientibus penas imponit, de quibus dicam infra num. 4. Quæ per dictam Extravag. omnia a-

lienandi modus etiam in casu licito, & servatis juris solemnitatibus, regulariter prohibetur, Pa-pa inconsulto.

Sed dices: In eadem Extravag. apponitur exceptio illa: Præterquam in casibus in jure permissis. Sed in jure permissum est, ut ob evidentem Ecclesie utilitatem, & ob alias causas superius memoratas num. 8. ac servata juris solemnitate fieri possit alienatio bonorum Ecclesiasticorum, ut patet in iuribus supracitatis, num. 7. & hic notant gloss. 1. Innoc. in princ. & communiter Doctores: plenè Oltiad. conf. 226. quidam Episcopus, Cardin. Seraph. decis. 508. num. 1. & decis. 1490. num. 1. Ergo etiam post dictam Extravag. licebit res Ecclesie alienare in casu licito, & cum debita solemnitate, sicut licebat per antiquiores Canones. Et augetur difficultas ex verbis, que habentur in prædicta Extravag. ibi (Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis, que tenore præsentium innovamus, in suo nihilominus robore remanentibus.) Quæ ostendunt Papam noluisse antiquis Canonibus derogare, nec credendum est Romanum Pontificem qui jura tuetur, solemnitates multis vigiliis & laboribus excogitatas uno verbo subvertere voluisse. Si quando, C. de iustit. testamen. cap. Ecclesia vestra, 2. secundo, vers. Neque enim credendum, supra de elect.

Verum huic difficultati responderi potest, clausulam illam, Præterquam in casibus a jure permissis, esse referendam ad emphyteum dumtaxat, non autem ad præcedentia, quod aperte ostenditur triplici consideratione. Prima est, quia est posita in medio duorum capitulorum, que de emphyteum loquuntur, & consequenter referri debet ad solum contractum emphyteum, non autem ad omnia præcedentia, secundum theoreticam Bart. in l. Tala scriptura, §. Hanc autem, num. 3. ff. de legat. 1. quam refert & sequitur Abb. conf. 75. illud de jure, col. 2. circa finem, vers. 2. hoc videtur, lib. 2. Socin. Senior. conf. 156. pro fundamento, num. 15. vers. ad ultimum, lib. 2. & sic verba illa, Præterquam &c. non limitant regulam de non alienando, sed solum limitant regulam de non emphyteucando. Secunda consideratio est, quia dum ille textus permittit concessionem emphyteucam de bonis in emphyteum concedi solitis, addit illa verba: & tunc Ecclesiarum evidenti utilitate, que verba fuissent superflua, si exceptio illa præterquam in casibus in jure permissis esset referenda ad omnem speciem alienationis, quia causa evidenti utilitatis est unus ex casibus permissis in jure, ut cap. sine exceptione, 12. quast. 2. cum similibus. Tertia consideratio est, quia si in omnibus casibus in jure permissis liceret alienare, dicta Extravagans nihil operaretur, & frustra occuparet membranas, contra id, quod legitur supra in proemio, §. Sanè neque occurrisset abusibus, qui narratur in proemio ipsius Constitutionis. Nec obstat, quod exceptio, que postea subsequitur ibi, ac de fructibus & bonis, que servando servari non possunt, non restringatur ad solum emphyteum: nam respondetur id contingere, quia hæc clausula non est posita in medio, sed in fine; & ideo refertur ad omnia præcedentia d. l. Tala scriptura, in fin. cum leg. seq. ff. de legat. 1. cap. secundò requirit, supra de appellat. Bart. conf. 54. Angelus Mar. numer. 3. vers. Clausula, lib. 1. Petr. de Anchar. conf. 68. sub-

tit.

16. riter num. 1. Unde sensus Extravagantis est, ut contractus emphyteuticus bonorum ecclesie sine beneplacito Apostolico licite fieri possint tres conditiones concurrant. Prima est, ut sit de casibus in jure permissis. Secunda, ut sit de bonis ab antiquo in emphyteum dari solitis. Tertia, ut sublit evidens ecclesie utilitas de tempore contractus, ponderando dictionem, tunc, que denotat temporis extremitatem, l. in princ. & ibi gloss. in ver. tunc, & communiter scribentes ff. de liber. & postum. l. 4. §. final. ubi gloss. & Bart. ff. de condit. & demonstrat. & in puncto censuræ Rota coram Cardin. Seraph. decis. 367. & decis. 125. n. 5. Nec propterea verba illa Præterquam in casibus in jure permissis, redduntur superflua, quia potest contingere ut bona sine solita in emphyteum concedi, & tamen non sit periculum in jure, ut possint iterum emphyteucari, veluti si a Præloato fuerint mensæ ecclesie incorporata, ut dixi in c. Ex parte, n. 8. infra de feud. Item non obstat clausula Præservativa præcedentium constitutionum; quoniam cum fuerit posita immediate post prohibitionem alienationis debet referri ad constitutiones alias, que similiter alienationem prohibent, sicut etiam innuunt illa verba prohibitionibus, & Decretis aliis super hoc editis. Et quatenus esset referenda generaliter ad omnes Constitutiones de hac materia loquentes, tamen hoc intelligendum esset præterquam in his, que ipsi Extravag. adverteriatur, arg. l. Dole clausula, ff. de verb. signif.

18. Hæc igitur sit regula, quod alienatio bonorum ecclesie immobilium, vel pretiosorum mobilium hodie prohibita est etiam cum causa, & solemnitate, sine beneplacito Apostolico.

19. Fallit primò hæc regula in contractu emphyteutico concurrentibus conditionibus, ut dixi supra, n. 16.

Fallit secundò in bonis ecclesie feudilibus seu ab antiquo in feudum dari solitis, possunt enim infeudari non obstante juramento de non infeudando Romano pontifice inconsulto, ut est casus in c. Ex parte infra de feudis. & ibi notat Bernardus post casum, Innocentius in princ. & ad finem, in ver. Concedat, Abbas Antiqu. num. 1. in ver. De novo, Hostien. n. 1. in ver. Infeudare, & in ver. De novo, Jo. Andr. n. 1. & reliqui omnes. Nec obstat, quod in prædicta extr. vag. Ambrosio patrifortiter prohibetur infeudatio, vel contractus emphyteuticus: tamen exceptio fiat tantummodo de bonis infeudabilibus: nam responderetur contractum feudalem, & emphyteuticum esse ejusdem nature, ut notat Speculator in tit. de feudis, §. Quoniam super Imagis, n. 63. ad finem; vers. Non interest etiam, & ubi est eadem ratio, nec contrarium reperitur in jure expressum, decisiones loquentes de feudis vendicant etiam sibi locum in emphyteum, & converso secundum communem opinionem, de qua testatur Soc. Senior. in conf. 167. Non in utilibus questio, n. 24. lib. 2. & scripti plenius in c. 1. n. 9. 13. & seq. infra de feud. & ita exceptio, de qua in prædicta Extravag. Ambrosio, quamvis videatur restricta ad emphyteum, tamen procedit etiam in feudis, non per viam extensionis, sed comprehensionis, cum utroque casu sit eadè ratio, & quod statuitur in dicta Extravag. de bonis solitis emphyteucari, sit etià a jure communi statutum de bonis solitis infeudari, ut

Prasp. Fagn. in 3. Decretal. To. 4.

in d. c. Ex parte, de feudis, & dictum est supra n. 20. Quando autem bona dicantur in feudum, vel emphyteum dari solita, dixi in prædicta Decretali Ex parte, n. 7. & 8.

22. Fallit tertio in fructibus, & bonis, que servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia, que exceptio similiter habetur in prælegata Extravag. Ambrosio, concordat rex. l. Lex qua tutores, c. de Admin. tutor. & in l. vit. C. quando decret. opus non est; & hic notat glossa. & Hostien. n. 1. tales autem dicuntur res mobiles, que non durant triennio, vel usu consumuntur, & non fructificant, arg. d. l. Lex qua tutores, §. final. C. de administrat. Tutor. c. Vestra infra de iurato, & declarant Rebuff. in compendio alien. num. 25. Redoanus de rebus eccles. non alienan. quast. 6. num. 29. Navar. de alienat. rerum ecclesiasticarum numero 4.

24. Fallit quartò, in terrulis, & vineolis, que de consensu Episcopi alienari possunt sine solemnitate ut c. Terrulas, 12. quast. 2. debent tamen illa copulative concurrere: primo scilicet, ut res hujusmodi sint exigui valoris, secundo, ut sint parvè ecclesie utiles, tertio ut subit necessitas alienandi, prout hæc tria colliguntur ex contextu d. c. Terrulas, & tradunt Hippolyt de Marfil. conf. 103. n. 23. & 24. Rebuff. in compendio alienat. n. 12. Redoanus de rebus eccles. non alienand. quest. 13. n. 19. & 51. cap. 8. & 20. n. 6. Card. Seraph. decis. 401. n. 3.

25. Porrò S. Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii interpretum die 11. Januarii 1596. censuit neque Constitutione Pauli II. neque Concilii Tridentini Decretum derogasse dispositioni d. c. Terrulas 12. quast. 2. & iterum cum Episcopus Irvicanus quæriverit, An itane decreto Concilii c. 11. sess. 25. & Extravag. que incipit Ambrosio, de reb. eccles. non alienan. auctoritatem suam in alienationibus rerum ecclesiarum ad præscriptum c. Terrulas 12. quast. 2. interponere valeat: Sacra Congregatio censuit ex Conc. Tridentino fuisse derogatum facultati concessæ Episcopi per c. Terrulas 12. quast. 2.

26. Demum cum in Civitate, & Diocesi Messanen. essent nonnulla pia legata parvi reditus, veluti arbor olivæ, aut domus, que tamen manebatur, & ferè diruta, aut terrulæ, vel vineolæ, quarum ferè nulli erant fructus, petit Archiepiscopus sibi facultatem fieri hujusmodi legata alienandi, & in evidentem Ecclesie utilitatem convertendi: nec non declarari ad quæ usque quantitas sibi liceret hujusmodi parva legata absque beneplacito Apostolico alienare die 14. Decembris 1613. Sac. Congregatio Concilii censuit c. Terrulas, 12. quast. 2. non fuisse sublatum per Extravag. Pauli II. que incipit Ambrosio. Cæterum ad quam usque quantitatem liceat Episcopo alienare, petendum esse a jure communi. Sanè cum non sit jure distinctum quæ terrulæ, vel vineolæ dicantur exigui valoris, id totum iudicis arbitrio erit relinquendum, arg. l. 1. in fin. ff. de jure deliberat. & c. de Causis, §. 1. supra de offic. delegat. & Judex arbitrium suum moderabitur inspecta conditione Ecclesie, an sit tenuis, vel multum abundans, attenda qualitate temporis, locorum, & rerum, secundum ea, que tradit Abb. in cap. 1. num. 8. supra de restitut. in integrum, & in terminis dicti cap. Terrulas notat Benedictus Canophilus in repetitione dictæ Ex-

travag. Ambitiosa n. 46. de rebus Eccles. non alienan. vol. 6. Repet. fol. 37. & quamvis glof. ind. cap. Terrulus. in ver. Exiguas, dicat, illum textum forte re exiguas vocare, quæ non excedunt valorem viginti solidorum, & cum glof. concordant Archid. in c. Si quos, n. 2. & 3. l. 2. q. 2. & Alciatus conf. 23. n. 6. & seq. tamen S. Congregatio Concilii alias dixit quæ res dicantur exiguæ non esse tantum diffinire.

27 Fallit quintò, in alienatione necessaria, quæ fit ex necessitate juris, eo quod jus præcipiat illam fieri: in ea enim non requiritur solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, secus si fiat voluntariè, licet ex causâ necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ. Hæc est theoria Antonii de Butr. in c. Pastorali, n. 11. vers. Or attendatis, & Abbatis ibidem n. 5. supra de his, quæ sunt à Prælatu sine consensu Capituli. Quam theoricam servat Curia; ideoque 28 à S. Congregatione Concilii responsum est valere legatum immobilium fratribus Minoribus sub modo licito, nempe ut vendant, & pretium convertant in usum fabricæ, vel Sacristiæ, & idè si factum fuit simpliciter, quia sub modo licito factum intelligitur, ut c. Exiit qui feminat, §. Ad hæc quia fratribus, de ver. significat. lib. 6. nec in hujusmodi alienatione opus est solemnitate, quia fit ex regula præscripto: Hoc ipsum tenent Decius in c. In presentia, n. 69. de Prælat. & Socin reg. 110. n. 3.

29 Secundò nota ibi, Specialis hypotheca, aliud esse alienare, aliud specialis hypothecæ titulo obligare, prout hic notat Butr. in 1. not. & Imola, num. 2.

30 Tertiò nota in eisdem verbis, specialem hypothecam bonorum Ecclesiæ esse prohibitam, ut in text. & notat Butr. in 3. notab. & ita intelligas Extravag. Ambitiosa, de rebus Eccles. non alienand. ubi hypothecam, scilicet specialem. Generalis ergo hypotheca permittitur, ut hic probatur à contrario, & notat Aegidius relatus à Jo. Andr. n. 1. in ver. Specialis, Jason. in l. final. n. 78. c. de iure emphyt. Negusantius in tract. de Pignar. & hypoth. in 2. membr. 2. partis, n. 28. Alexander Stiaticus in repetit. d. Extravag. Ambitiosa in 5. notab. vol. 6. Repet. fol. 27.

Dicebat tamen Aegidius, & post eum Jo. Andr. hic dicto n. 1. in ver. Specialis, & Anchar. in 2. notab. pro utilitate ecclesiæ specialem, & generalem hypothecam esse permittam secundum Canones, c. Ad nostram, infra eod. Sed cessante ecclesiæ utilitate nec specialem, nec generalem esse permittam. Fatentur tamen prout hic tangit Cardinalis, n. 2. in 3. opposit. generalem hypothecam in casu permisso fieri posse sine auctoritate Episcopi, per l. penult. c. de his, qui ven. et at. impetr. ad quod facit etiam l. finalis, c. quæ res pignori obligari possunt. Ubi habetur generalem obligationem esse modici præjudicii, & quamvis, ut dicunt Ant. de Butr. n. 6, & Jo. de Imol. n. 3. non videatur verum, quod possit fieri obligatio rei ecclesiæ etiam generalis sine auctoritate Episcopi, cum illa videatur etiã prohibita, per id, quod habetur in §. Si vero contigerit, in Authent. de alienat. & emphyt. tamen opinionem Aegidii sequuntur magis communiter Doctores, ut testatur Alex in cons. 118. in casu, n. 20. in fin. cum seq. vers. Nec ad hoc obstat, lib. 5. eamque tenet etiam glof. in §. Nos igitur, in ver. Specialis, in auth. de non alienandis, & Abb. hic n. 2. dicens, prælatum con-

trahendo posse generaliter pro observantia contractus obligare bona ecclesiæ sine licentia Episcopi per illum textum a contrario sensu: & quidem pure optimo, quia cum hodie ex stylo generalis obligatio bonorum fieri consueverit in omni contractu, nimis grave esset si semper Episcopus esset adsumendus, & sine illa vix reperiretur qui vellet cum ecclesiâ contrahere, ut in simili notat glof. in c. Hoc ius, §. Et si creditor, in ver. Præbat, 10. q. 2. Nec obstat textus in d. §. Si vero contigerit, in quo Butr. & Imol. se fundant: nam ut responderet Alex. d. cons. 118. num. 22. vers. Nec obstat textus ibi, & in §. Hoc etiam, eod. tit. loquitur de speciali pignore, non autem de generali. Deum hanc sententiam probavit meo tempore S. Congregatio Concilii in contractibus Regularium: nam proposito dubio, An in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis comprehendatur generalis hypothecæ necne? S. Congregatio censuit non comprehendere, & tamen prohibito illa sine concepta interdum verbis, quibus utitur Paulus II. in d. Extravag. Ambitiosa.

33 Differt autem hypotheca à pignore, quia hypotheca est obligatio rei immobilis, pignus rei mobilis, quasi à pugno, §. Inter pignus, in fin. de adion. Glof. hic in ver. Hypotheca, Host. num. 2. & Cardinal. num. 4. Item differt secundum Abb. Antiq. hic num. 1. & Butr. num. 6. in glof. 3. quia pignus dicitur cum rei obligata traditur possessio creditori, hypotheca cum non traditur, l. si rem, §. Proprie pignus dicitur, ff. de pignorat. act.

34 Quartò, nota ibi, Alienationis, sub hoc ver. Alienationis quinque contineri, quæ hic recensentur. Primò scilicet conditionem, de qua dicitur infra n. 37, Secundò, donationem. Tertiò, venditionem. Quartò, permutationem. Quintò, emphyteusis perpetuum contractum: & quando dicitur perpetuus, vide hic per Innoc. circa fin. in ver. Perpetuum. Et hæc quinque Prælati hinc interdicuntur, ut notat Bernar. in glof. penult. in fine. His adde textum, id est infundationem, & septimum id est locationem ultra triennium, & generaliter omne pactum, per quod bonorum dominium transferitur, ut legitur in prælegata Extravagante Ambitiosa de reb. eccles. non alienan: Et dominium intelligas tam directum, quam utile; nam per contractum emphyteuticum, non transferitur directum dominium, sed utile, l. 1. ff. Si ager vegetal. vel emphyteutic. perat: ut hic per Butr. in ult. not. & Abb. n. 3. Unde Bero sic summat hanc Decretal. (Non licet immobilia ecclesiæ aliquo titulo alienare, vel speciali hypotheca obligare, & contrahens punietur secundum Leoninæ Constitutionis penas: & alienationis appellatione continetur actus, per quem dominium etiam utile transferitur.) Et ita alienationis verbum hic latissime accipitur. Sic in l. Sancimus, c. de reb. eccles. alienan; vel non, & in Authent. de non alienan reb. eccles. §. Nos igitur, collat. 2. & hic notat glof. in ver. Alienationis, Innocen. post principium in eod. ver. Host. num. 3. & Joan. Andr. n. 7. qui post Aegidium subdistinguitur verbum large sumi in tribus casibus, alienationis quoad lex, testator, vel actio prohibet alienari, ut l. Plebs, §. Pignus, ff. de ver. signifi. sequitur Cardinal. hic n. 3. vers. Et dicit Aegidius. Alibi tamen, ut glof. subdit, strictius accipitur pro eo contractu, quo trans-

ferretur

ferretur dominium, ut l. 1. c. de fund. dotal. J. Alienationis, ff. de verb. significat. cum aliis in glof. allegat: & per Host. num. 3. vers. Alibi strictius.

37 Sed quæres quid sibi velit textus dum dicit alienationis verbo contineri conditionem, Glof. penult. intelligi concessionem sub conditione, sed nihil declarat. Innocentius verò circa medium in ver. Conditionem, cui subscribitur Host. n. 3. in eod.

38 ver. Jo. Andr. n. 2. Butr. n. 7. & Anchr. n. 3. clarius rem totam explicat dicens: Contractus conditionis dicitur ubi prædium constituitur tributarium, & vulgariter tale prædium dicitur conditionale, quia cadit in promissum sub conditione, scilicet si non solvatur tributum. & pro hoc dicto Innocentii facit text. in l. penult. §. Instructo ff. de legat. 2. vel contractus conditionis dicitur, ubi contractus celebratur sub conditione, secundum Innoc. ubi supra, Sed hoc impugnat Cardinal. n. 5. & bene, quia in omnibus exemplis, de quibus hic procedit hæc litera, siue contractus fiat pure, siue sub conditione: nam quando fit sub conditione, ea adveniente, perinde est, ac si ab initio factus fuisset pure, ut c. Præterea,

39 il secundo, de appellat. Quidam etiam, ut Innocentius subdit; non intelligentes corrumpunt litteram hic legentes conditionem, cum tamen condicere nullo modo sit alienare, sed hoc verum est secundum Host. si conductio fiat ad tempus, ut patet in cap. Restra, infra de locat. Perpetua verò conductio alienatio quædam est, ut patet in l. 1. & per tot. ff. si ager vegetal. vel emphyt. per. & de illa hoc potest intelligi sine corruptione, ut patet in c. Ad audientiam, infra eodem, secundum Host. ubi supra, & notat idem Innoc. in cap. Ad aures, circa fin. infra eodem. Dicitur autem perpetua quando est duratura usque ad triginta annos, ut in fin. de perpet. & temporal. act. in princip. vel quando emphyteuta vivit, l. 1. ff. Pro socio, cap. Præcarie, l. quasi. 2. vel quando solvitur pensio, ut §. Aded, in fin. de locat. ita dicit glof. notabilis in c. Hoc ius, in ver. Perpetua, l. 10. q. 2. Host. hic n. 4. & Jo. Andr. n. 3. & Cardinal. n. 6. Sed Butr. n. 8. dicit communem opinionem esse, quod conductio dicitur ad non modicum tempus, quado excedit decennium, vel est ad decennium, ut notat glof. ult. in Clem. 1. de rebus eccles. non alienan.

40 ad quam quotidie fit recursus. Hodie verò prohibita est locatio, & conductio ultra triennium, ut sapientius in citat. Extravag. Ambitiosa, eod. tit. & huiusmodi triennium computari debet ex tribus fructuum collectionibus, unde si prædium ejus esset conditionis, ut quolibet triennio unus tantum fructus perciperetur, tunc triennium pro uno anno esset computandum, & locatio fieri posset usque ad novennium, sed non ultra, ut declarat Andr. Barbat. supra in hac tributa, n. 52. Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. n. 6. Cardinal. Mantie. de tacit. & ambig. convent. tam. l. lib. 5. tit. 3. n. 22. Navar. de alienat. rerum eccles. n. 22.

41 Jo. Andr. n. 3. & Cardinal. n. 6. Sed Butr. n. 8. dicit communem opinionem esse, quod conductio dicitur ad non modicum tempus, quado excedit decennium, vel est ad decennium, ut notat glof. ult. in Clem. 1. de rebus eccles. non alienan.

42 ad quam quotidie fit recursus. Hodie verò prohibita est locatio, & conductio ultra triennium, ut sapientius in citat. Extravag. Ambitiosa, eod. tit. & huiusmodi triennium computari debet ex tribus fructuum collectionibus, unde si prædium ejus esset conditionis, ut quolibet triennio unus tantum fructus perciperetur, tunc triennium pro uno anno esset computandum, & locatio fieri posset usque ad novennium, sed non ultra, ut declarat Andr. Barbat. supra in hac tributa, n. 52. Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. n. 6. Cardinal. Mantie. de tacit. & ambig. convent. tam. l. lib. 5. tit. 3. n. 22. Navar. de alienat. rerum eccles. n. 22.

44 Ultimo nota ex fine textus, alienantes bona immobilia ecclesiarum incidere in penas Constitutionis Leoninæ, quæ habetur in l. Invenimus, c. de sacros. eccles. secundum Innoc. hic in fin. Butr. n. 12. & Cardin. num. 6. in 4. quest. & ejus pena est depositio alienationis, & satisfactio incommodi ecclesiæ de rebus propriis facienda, ad quod obligantur hæredes sui, & cum ea Constitutio Leonis esset localis, per Justinianum exten-

Prosp. Fagnan, in 3. Decretal. Tom. 4.

sa est ad omnes ecclesias, & omnia pia loca, ut in Authent. de non alienan. §. Nos igitur, & infra §. Quia verò Leonis, collat. 2. Unde verba hujus cap. sumpta esse videntur secundum Host. hic n. 4. in ver. Pamas, & in ver. Leonina, & J. Andr. num. 3. & 7. in glof. ult.

45 Sed dices: Ergo lex civilis auctoritatem habet imponendi penam Sacerdotibus delinquentibus in alienatione rerum ecclesiasticarum. Abbit c. Imperator, 96. dist. c. Ecclesia S. Mariae, de Constitut. cum suis concordantiis. Sed ideo isti Sacerdotes incidunt in penas prædictæ Constitutionis Leoninæ, quia eadem Constitutio hic per Papam canonizatur, & ideo non est amplius lex civilis, quæ ligat clericos, sed lex canonica, ut aliis declaravimus in c. Quia in ecclesiis, n. 29. de Constit. post Felin. in c. 1. in 1. notab. de præsumpt. & innuit Host. hic in fin. vers. Et de ipsa lege, Postumus etiam intelligere Constitutionem Leoninam pro Constitutione, quam fecit Leo Papa in Concilio, de qua in c. Monemus, l. 2. q. 2. ut hic per glof. final. & Abb. Antiq. in fin. & quamvis hoc non placeat Hostiensii ubi supra; tamen nec illud dicere est peccatum, ut inquit Jo. Andr. hic in fine, & Butr. ibidem in fin.

46 Verum per prædictam Extravag. Ambitiosa, de reb. eccles. non alienan. pena infra scriptæ sunt statuta. Primò est nullitas contractus, qui tamen si alias sit ecclesiæ utilis, cum nullitas proveniat ex defectu solemnitatis, potest ecclesia illum approbare, & ratificare, nec ab eo recedatur, nisi volente ecclesia, ut notat Abb. in c. Casum, quæ, il secundo, col. final. de judic. Jac. in l. Non eo minus, n. 3. c. de procurator. A retin. cons. 77. n. 6. Put. de eis. 3. & 4. de except. Seraphin. dec. 256. n. 2. Secunda pena est excommunicatio lætæ sententiæ in alienantes, & bona alienata recipientes. Tertia interdictum ingressus ecclesiæ Episcopis, & Abbatibus, qui si per sex menses in interdicto perseveraverint canonico indurato, à regimine, & administratione ecclesiæ, cui præsumt, eo ipso sunt suspensi. Quarta inferiores Prælati eo ipso privati sunt beneficiis, quorum bona alienantur. Quinta, bona alienata ad ecclesiam, ad quam pertinebant liberè revertuntur.

DE REBUS ECCLESIE non alienandis.

Cap. Ad nostram.

S V M M A R I V M.

1 Ecclesia restituitur contra contractum per quem fuit enormiter læsa.

2 Prælatum an possit bona Monasterii specialiter hypothecare.

1 A D N O S T R A M: Ecclesia restituitur contra contractum, per quem enormiter fuit læsa. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Anchar. Imol. & Jo. de Anan. vel contra alienationem, secundum Cardinalem, & Abbatem. Primò ponitur Monasterii petitio. Secundò, causæ commissio, ibi, Quocirca.

2 Intextu ibi, Pro quibus eadem extiterat obligata; nota Prælatum posse bona monasterii spe-

A a 2

cia.

cialiter hypothecare, ut per hunc textum notat legidius relatus a lo. and. in c. Nulli, n. 1. in ver. Spectatis supra eodem. Sed et hoc tu dicas, ut ibi scriptum est. not.

DE LOCATO, ET CONDUCTO.

Cap. Potuit.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**mphyteuta potest meliorationes suas vendere, & jus emphyteuticum in alium transferre, concurrentibus tamen se preter requisitum, de quibus hic & n. 3.
- 2 **E**mphyteuta ecclesie cessans in solutione Canonis per biennium cadit a jure suo, nisi moram celeriter purgaverit, & n. 4.
- 3 **I**n privato autem requiritur triennium.
- 4 **T**erminus alicui datus ad suam voluntatem declarandum non est expectandus, si ille prius voluntatem suam declaraverit.
- 5 **T**erminus ubi praescribitur ad aliquid faciendum, non est opus denunciatione aliqua ad moram contrahendum.
- 6 **D**ies statuti interpellat pro homine. Mora purgari potest, quando poena non committitur ipso jure, ibid. ver. f. Ultimo nota.
- 7 **A**lias fecit n. 12.
- 8 **E**mphyteus ob canonem non solum infra statutum tempus non resignatur ipso facto, sed ita demum, si dominus placuerit.
- 9 **C**aducitas censetur remissa, si dominus canonem accipiat.
- 10 **S**ive sit canon temporis futuri, sive praeteriti.
- 11 **E**mphyteus contractus est medius inter venditionem, & locationem, & particeps utriusque.
- 12 **P**ropius tamen accedit ad naturam locationis.
- 13 **I**n emphyteus, & locatio in quibus differant.
- 14 **I**n emphyteus contractu disposita trahi non debent ad contractum locationis perpetuae.
- 15 **E**mphyteus, & locatio perpetua contractus inter se magnam habent similitudinem.
- 16 **E**t de utroque idem est judicandum.
- 17 **I**n neutro transferitur dominium directum, sed tantum utile.
- 18 **N**on tamen sunt per omnia similes, & equiparati.
- 19 **I**n emphyteus solvitur quid minimum pro recognitione.
- 20 **I**n locatione pensio debet esse magna, id est fructibus correspondens.
- 21 **L**ocatio judicatur ex magna pensione, ex modica vero emphyteus.
- 22 **E**tiam si contrahentes in instrumento appellaverint locationem, vel emphyteusim.
- 23 **C**ontractus talis denominatur a contrahentibus: ergo talis est judicandus, non est bona consequentia.
- 24 **E**mphyteus concessus ad tertiam, vel quartam generationem reputatur locatio, si pensio fructibus respondeat.
- 25 **L**ocatio cum possit fieri in perpetuum, multo magis ad tempus, id est ad tertiam, vel quartam generationem.
- 26 **P**acta bona emphyteutica alienentur in ecclesias, an sint contra immunitatem ecclesiasticam, & n. segg. usq. in fin.

- 29 **P**acta privata non conveniri potest ne res in ecclesia alienentur.
- 30 **I**dem caveri potest in ultima voluntate.
- 31 **A**lienatio emphyteus etiam in casibus alias permissis fieri non potest in personam potentiorum.
- 32 **E**t talis dicitur etiam Hospitalis.
- 33 **I**tem ecclesialis.

POTUIT. Gregorianum est, ut inquit Joan. Andr. & ideo legale, & se summat. Sed secundum Abb. & sequaces sic summari potest. Emphyteuta Ecclesie meliorationes suas vendere non potest, nisi servatis his de quibus hic, & si contraxerit, vel Canonem per biennium non solverit, nisi mora postea celeriter purgaverit, iuste potest expelli. Hoc dicit. Prima ponit requisita, ut jus emphyteuticum possit vendi, Secundo contrahentes punit, ibi, *Emphyteuta*, Tertio obstatulum solvit, ibi, *Non obstantibus*.

Nota primo ex priore parte textus, iecundum Host. n. 4. Jo. Andr. n. 1. & Butr. n. 3. Imol. n. 1. & Abb. n. 2. lex requisita ad hoc ut emphyteuta possit meliorationes suas vendere, & jus emphyteuticum in alium transferre. Primum est, ut requiratur Ecclesiam; Secundum ut denuncietur prius sibi ab aliis oblatu, de qua quidem denunciatione plura ponit hic Imola num. 50. Tertium, ut illud sit verum pretium, non autem fictum, & simulatum; Quartum ut Ecclesia non respondeat, lapsi sunt duo menses; Quintum ut non vendat rem ipsam, sed solum jus sibi competens; Sextum ut non vendat personis prohibitis. Eadem requisita colliguntur ex l. final. C. de iur. emphyt. addunt & septimum ex 2. par. textus, nempe ut non cessaverit per biennium in Canonis solutione, & hoc in emphyteuta Ecclesie, ut hic, & in Auth. *Qui rem, C. de sacrosan. Eccles. quae est canonizata* in c. Ea enim, seu in c. Nec jus portendum, §. *Quem*, 10. q. 2. In privato autem requiritur triennium, ut in l. 2. C. de iure emphyt. glo. *hic in ver. Per biennium*, Host. num. 6. in fin. in eodem ver. Et reliquis omnes.

Secundo nota ibi, *Si nolle se emere dixerit*, terminum alicui praeteritum ad suam voluntatem declarandam non esse expectandum, si ille prius voluntatem suam declaraverit, ex quo enim constat de voluntate, non est locus deliberationi, concordat tex in c. *Ab eo* in 2. resp. de appellat. lib. 6. & hic notat Jo. Andr. n. 2. Butr. n. 4. Anchar. n. 2. Imol. n. 1. ver. *Item quod ubi est tempus*, & Abb. n. 4. Ad idem tex. in Clem. *Quamvis*, de appellat. & pluribus exemplis declarat Gemina. cons. 121. *Attenta forma statuti*, ubi est casus.

Tertio nota ibi, *Non exiit nunciatum*, ubi terminus praescribitur ad aliquid faciendum non est opus denunciatione aliqua, seu interpellatione ad moram contrahendam, quia dies statuti interpellat pro homine, & constituit eum in mora, ut in littera, ad quod allegatur quotidie hoc c. Secundum abbatem n. 5. & concordat textus in l. *Magnam*, C. de contrahend. & committ. stipulat. Ultimo nota ibi, *Ceteri satisfactio*, moram purgari posse, ut hic, & in concordantibus, de quibus in glo. *anteponit*. Quod intelligas verum quando poena non committitur ipso jure, ut contingit in terminis hujus Decretalis, quia ob canonem non solum infra statutum tempus non rescinditur ipso facto emphyteus, donec dominus dire-

- directus patitur emphyteuta tenere rem emphyteuticam, ut patet in littera ibi, *Iuste potisset expelli*. Sed ita demum si declaraverit velle eile locum caducitatis, ut hic per Innoc. n. 2. Anchar. n. 9. ver. *Vnde dicitur*. Imol. n. 54. & Abb. in ult. not. & tenet Bart. in l. 2. num. 2. C. in de iure emphyt. quom sequuntur communiter Doctores, ut ait Parilius cons. 102. *De bona lare*, n. 33. lib. 1. & alii apud Clarum, in §. *emphyteus* quest. 9. Ideoque si postea Canonem accipiat, refirmatur contractus, & censetur remissa caducitas, secundum Innoc. d. n. 2. Et Card. n. 19. Sive accipiat Canonem temporis futuri, sive praeteriti, & est communis opinio contra Bart. in d. l. 2. n. 8. ut attestatur *Gigas de pens. quest. 73. n. 3.* a qua non est in practica recedendum, ut ait Clarus in d. §. *Emphyteus*, quest. 10. ver. *Aut vero sumus in dubio*. Sed ubi poena committitur ipso facto, tunc nona quamvis ceteri satisfactio purgari non potest, secundum Abb. hic n. 6. ver. *Vbi autem*, qui ad hoc allegat bonum textum, in c. *Licet*, de *supplen. neglig. Pralar*, Et de materia purgationis morae vide quod notatur in reg. *Mora*, de *regul. iur. lib. 6.* & per glo. *hic in verb. Cleric*.
- 13 **I**n glossa prima nota, quod contractus emphyteuticus neque est venditio, neque locatio, sed est medius proprium nomen emphyteus foritatus, & utriusque particeps: accedit enim ad venditionem, quia ab initio quando celebratur, aliquid datur, licet in venditione datur pretium: sed tamen differunt, quia per hunc contractum non transferuntur dominium directum, sicut per venditionem.
- 14 **P**ropius tamen accedit ad naturam locationis, quia in ea retinetur dominium, & quolibet anno aliquid percipitur, sicut in locatione; & ideo magis sub hoc titulo collocatur, ut hic, & *Institut. de locato*, §. *Ad eo*, & cum hac glossa transeunt communiter DD. In hoc tamen differunt emphyteus, & locatio, quia emphyteus locum habet in rebus soli dumtaxat, sed locatio in omnibus. In eo contractu exigitur scriptura, in aliis non, l. 1. C. de iure emphyt. Conductor ad modicum tempus non habet jus in re, nec vendit, nec vendicat, emphyteuta facit utrumque ut hic l. 2. C. *eod.* & l. 1. ff. *si ager veigral*. Host. hic num. 1. & segg. Complures alias differentias inter hos contractus post Cynum prolequitur hic Petrus de Anchar. n. 11. Ideoque disposita in contractu emphyteus trahi non debent ad contractum locationis etiam perpetuae, quia hujusmodi contractus licet inter se magnam habeant similitudinem; adeo ut de utroque loquantur promiscue juris conditores, ut in Auth. *Qui rem*, ibi, *Qui rem hujusmodi conductam, vel in emphyteusim acceptam*, C. de *Sacrosanct. Eccles.* & ibi Decius n. 1. & in *Omnes*, C. de *fund. patrim.* lib. 11. Et de utroque idem sit judicandum, ut notat Angel. in §. *Sicre autem*, in *prine.* in Auth. *de non alienand.* Bald. in cap. *Quevelam*, in fin. de *jurejur.* Abb. in c. *Propter sterilitatem*, in ult. not. de *locat.* Et in specie quod reservatio directi dominii aequae conveniat locationi perpetuae, in qua non transferuntur directum, sed utile tantum dominium, tradunt glo. *Bart.* & alii in l. *Codicillis*, §. *Instituto*, ff. de *legat. 2.* Aret. cons. 51. n. 210. ver. *In contrarium*, Bellam cons. 21. num. 11. in fin.
- 20 **N**on tamen in omnibus sunt similes, & equiparati, ut dixit Rota dec. 14. n. 26. & segg. par. 6.
- 21 **R**ecent. Et praecipua differentia est, quod in con-

tractu emphyteutico solvitur quid minimum pro recognitione, & haec est proprie ejus forma, & in hoc omnes consentiunt, ut dicit Natta cons. 49. post num. 7. & Clar. postum in §. *Emphyteus*, 22. quest. 1. n. 5. ver. *Et adverte*. In contractu autem locationis solvitur magna pensio, id est quae fructibus respondeat, vel quae; ideoque ex modica pensione emphyteus, ex magna vero locatio judicatur, Bald. in cap. *Licet*, num. 5. ver. *Modo ergo quaro*, de *dilat.* Jas. in l. 1. n. 35. C. de *iure emphyt.* Barbat. supra in *Rubrica*, num. 3. Alex. cons. 112. per tot. lib. 1. Rolan. d. *Valle* alios citans cons. 96. n. 24. & 26. lib. 1. Ruinus cons. 161. per totum lib. 1. Rota dicta dec. 14. num. 25. Et ita concludunt communiter scribentes, ut ait Cagnolus in l. 2. n. 202. C. de *rescindend. vendit.*

Quod adeo verum est, ut etiam si in instrumento contrahentes appellaverint emphyteusim, adhuc tamen reputetur locatio, si pensio fructibus respondeat, & converso reputetur emphyteus, si pensio sit modica, sicut contrahentes locationem nominaverint, ut late deducit Neviz. Consil. 92. per tot. Surd. dec. 198. n. 1 & segg. Rot. dicta dec. 14. n. 11. & 12. par. 6. recent. Et merito, quia contractus non a nomine, sed a praesens, conventionibus, & circumstantiis sortitur naturam, ut optimè per Corrad. de *Contract.* quest. 33. in 2. & 3. *supplet.* ubi sexcentis exemplis, & auctoritatibus probat non valere hanc consequentiam; Contractus talis denominatur a contrahentibus: ergo talis est judicandus. Quo fit, ut idem sit dicendum si concessio in emphyteusim pro magna pensione fuerit concessa ad tertiam, vel quartam generationem, quia verba hujusmodi conveniunt etiam locationi, quippe quae cum fieri possit in perpetuum, multo magis ad tempus, nempe ad aliquot generationes, ut dixit Rota in *Narnien.* locat. 16. *Februario* 1615. & in *praeleg.* dec. 14. n. 6. & 7. par. 6. recent.

In glossa in ver. *Probentur*. QUERO, An pactum ne bona emphyteutica alienentur in ecclesiam, sit contra immunitatem ecclesiasticam.

Videtur negativè respondendum; nam pacto privatorum inveniri potest, ne res in ecclesiam alienentur, l. final. C. de *pact. inter emptor.* & *venditor.* & in *seudal.* c. 1. de *prohib. feud. alien.* per Frider. ubi quod nec pro anima relinquere, neque adjudicari possunt ecclesiis, & in emphyteuticis, glo. & DD. hic, & in l. final. C. de *iure emph.* & videtur tex in §. *Sacrosanctas*, Auth. de *alienat.* & *emphyt.* Idem etiam caveri potest in ultima voluntate, valetque sic avertur, l. *Peto*, §. *Frater*, & l. *Cum pater*, §. *Libertis*, ff. de *legat. 2.* Ratio est quia cum Ecclesia sit immortalis, c. *Si gratiosus*, de *rescript.* lib. 6. c. *Libertis*, 12. q. 2. dominus directus spe consolidationis perpetuo privatur, ut constat ex his quae tradit Jo. Andr. in c. 1. de *Immunit.* Eccles. lib. 6. & hic notant Card. num. 17. ver. *Sed alienatio in Ecclesiam*, & Imol. n. 25. ver. *Ideo alia ratio*, Dominus meus Joan. Franciscus Fagnanus tractat. de *just. & validit. censur. Pauli* v. in *Republicam Venetam*, fol. 60. Imo haec prohibito est ex natura contractus emphyteutici, qui etiam in casibus, in quibus licita est alienatio irrequisito domino, ut in donatione, non permittit illam fieri in personam potentiorum, Bald. in Auth. *Quas actiones*, num. 13. ver. *Primo modo*, C. de *Sacrosanct. Eccles.* Gregor. XV. post

alios decif. § 79. n. & persona potentior, seu privilegiatior dicitur etiam Hospitalis Sanctissimi Trinitatis convalescentium de Urbe, pro quo emanavit supra scriptum dubium, Gregor. XV. 4. § 29. n. 6. & decif. § 20. n. 11. Nam hujusmodi Hospitalis est locus pius, & Religiofus cap. De Xenodochiis, & cap. Ad hoc de Relig. domib. & sic potentior, & Sylvest. Aldobran. conf. 40. sub n. 2. Simon de Pratis, conf. 54. n. 4. & re idem ei factum dicitur factum ecclesie, quia ad hunc effectum negari non potest, quin dicatur potentior, ut firmat glof. hic in ver. Præhibetur, & Imol. n. 25. Item glof. in l. Si quis, §. Ea lege in ver. Interfesset, ff. de ver. obligat. Bald. in d. Auth. Quæ adiones n. 12. in fin. ver. Tertio modo, C. de Sacros. Eccles. Salicet, in l. final. n. 14. & Jafin. 9. C. de iure empb. Natta conf. 49. n. 13. Clar. in §. Emphyteusis, quest. 22. ver. persona autem, Sylvest. Aldobrand. qui communem dicit, & rationes allegat, d. conf. 40. n. 1. Gregor. XV. d. decif. § 29. n. 8. & ita hoc pactum non esse contra immunitatem ecclesiasticam fuit retorium in Congregatione particulari de mandato Sanctissimi, habita die 26. Maji 1630.

DE FEVDIS.

Cap. Insinuazione.

SVM MARIVM.

1. Ecclesiasti a vasallo suo recipit feudum in pignus abstinendo ab eius servitio, non tenetur fructus in sortem computare.
- Idem in feudo seculari, n. 4. & n. seq.
2. Vasallus est lucrificere fructus rei pignoratæ.
3. Res de factis redit ad primævam naturam.
4. Vasallus respectu laicorum est execranda, sed respectu clericorum execrabilior.
5. Lex positiva non potest super usuris quæquam privilegiare.
6. Dominus recipiendo rem emphyteuticam in pignus ab emphyteuta, cui pecuniam mutuavit, antequam computare fructus in sortem.
7. Feudalia, & emphyteuticæ contractus sunt ejusdem nature.
8. Et decisiones loquentes de feudo locum habent in emphyteusi; si sit eadem ratio, & contrarium non reperitur in jure expressum, & num. 13. & 14.
9. Jus accrescendi an habeat locum in emphyteusi à duobus fratribus empta ex communi pecunia, & n. seq. usque ad fin.
10. Jus accrescendi in feudo, vel emphyteusi non habet locum cum plures pro se, & filii à principio stipulantur.
11. Et quid sit feudum, vel emphyteusis fuerit acquisita ex bonis communibus, & n. seq.
12. Argumentum à feudo ad emphyteusim an, & quando procedat, & n. seq.
13. Feudalia jura an possint allegari in emphyteusi ad decisionem causarum, & n. seq.
14. Jus accrescendi cur habeat locum in feudo empto à fratribus simul habitantibus ex communi pecunia.
15. Argumentum de feudo ad emphyteusim non procedit quando obstant regulæ, vel dispositio juris communis, & n. seq.

17. Jus accrescendi non habet locum in contrahibus.
18. Argumentum de feudo ad emphyteusim in materia juris accrescendi non procedit affirmative, & n. seq.
19. Jus accrescendi an habeat locum in emphyteusi pluribus concessa ex causa veteris.

INSINUATIONE. Si Ecclesia à vasallo suo recipit feudum in pignus, abstinendo ab ejus servitio, non tenetur fructus in sortem computare. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Anchar. & Imol. Est casus singularis, qui aibi non legitur secundum, Abb. sed certè casus habetur in c. Conquestus infra, ver. Nisi infra, de usuris, & ideo licet sit casus notabilis, non tamen est singularis, ut inquit Imol. hic n. 8. ver. Concordat, Dividitur in duas partes. In prima ponitur dictum. In secunda limitatio, ibi, videlicet.

1. Nota ex textu casum valde notabilem, in quo creditor potest licet retinere fructus rei sibi pignoratæ eis non computatis in sortem, videlicet cum ecclesia feudum proprium ecclesie recipit in pignus a vasallo suo, cui pecuniam mutuavit, potest enim absque vitio usuræ fructus hujusmodi lucrificere quando tamen à vasallo servitium sibi debitum non recipit. Concordat d. c. Conquestus, in fin. de usur. cum sua glof. in ver. de feudo, & hic notant Butr. & Anchar. num. 3. Imola n. 2. & Joan. de Anan. num. 4. Jo. Andr. & sequentes & in summi text: Sed cum alias fructus rei pignoratæ in sortem sint computandi, etiam creditor illos lucrificat, usuram committat, ut c. 1. & 2. infra de usur. cap: ad nostram, & primo, supra de jurejur. cap: Cum contra, infra de pignori, l. 1. & 2. C. de pignori actione. Multum torquentur DD. in indaganda ratione hujus decisionis, & in solutione contrarii, indeque emerunt plures, & varii intellectus ad hanc Decretalem, quos hic prosequuntur Jo. Andr. Cardin. Imol. Abb. & alii: verum tamen, & communis solutio est, quam ponit Cardin. n. 2. videlicet, quod dominus directus non dicitur recipere aliquid ultra forem, quia cum vasallus abstinere à servitio domino debitis, perinde est ac si res pignoratæ non esset feudalis: Nam cum dominum directum usque ab initio remanserit penes dominum, si dominum utile revertitur ad eum voluntate vasalli pignoratantis, sic consolidatio ipsius domini utilis cum proprietate; unde dominus non dicitur percipere fructus ex aliena re, sed ex propria: Cum enim vasallus interim liberetur ab obligatione, quæ domino tenetur in servitio exhibendis, consequenter dissolvitur, vel saltem suspenditur obligatio inter eos contracta, & res feudalis redit ad primævam naturam, arg. l. Si annus §. Pactus ne peteret, & §. seq. ff. de pactu. c. Super questionem, §. Porro de offic. delegat. c. Cum venerabilis, ibi, nec intelligatur de censibus. Hoc ergo vult hæc littera, ut dominus quamdiu vasallus non præstat servitium, uti possit fructibus rei feudalis, ac si feudalis non esset. Et ita excusatur ab usuraria pravitate, & cessant contraria. Et hæc solutio, & lecturam Cardinalis, aliis omnibus reiectis probantur Imola hic n. 7. ad fin. ver. Unde alii dixerunt, & quinto; Abb. n. 5. ver. Quinta lecturam dices eam communiorem, & Jo. de Anan. n. 4. ver. Ideo dicunt alii.
2. Sed dubium est an decisio hujus textus vendicet sibi

sibi locum in feudo seculari. Quidam opinati sunt non habere locum nisi in feudo ecclesiastico, quia textus specialiter loquitur de Ecclesia, ut patet ibi: *quod de feudo Ecclesia tua ab alio digne servitio receperis.* Et eodem modo loquitur c. Conquestus, ibi: *nisi ipsa terra de feudo sit monasterio vestra, de usuris.* Et dicitur hoc esse speciale privilegium Ecclesie, cum in alijs non reperitur expressum; ideoque Jo. Andr. & sequentes sumunt text. in Ecclesia recipiente feudum a suo vasallo. Sed hæc opinio non tenetur Host. in summi de usur. §. An aliquo casu, ver. Quod dicunt. Et quidem jure optimo, quia aut hoc licitum est, aut illicitum; si licitum, ergo etiam laico, quia eadem ratio, & ideo idem jus, c. Transitio de contributione, cap. Una de consuetudinibus, & a finit. ar. Si illicitum, multo minus debet concessi clericis, quam laico, quia cum usura respectu laicorum ut execranda, respectu clericorum est execrabilior, ut c. 1. & 2. infra de usuris: Nam & multa licentia laicis, quæ clericis illicita sunt c. Fornicari, 83. dist. 3. cap. 7. hinc, de testam. c. 1. & per tot. ne cleric. vel monach. cap. fin. de vita & honest. clericorum, quam obrem cum Papa hic declarat hoc licitum esse in feudo Ecclesiastico, multo fortius debet concessi licitum in feudo seculari, arg. cap. per tot. infra de donationibus, quia non debent viri Ecclesiastici esse exactores, nec lucris temporalibus inhære, c. Ex parte, in fine de censibus. Si enim venalitas reputatur respectu laicorum, multo fortius respectu clericorum, cap. Nullus ita, 1. quest. 1. Item ratio decisionis, ut supra à Cardinali considerata, æque viget in feudo seculari atque Ecclesiastico, ut ipsomet Cardinal. advertit num. 2. infra, ver. Hoc ergo vult hæc littera. Imol. n. 8. ver. Et hæc ratio, & Abb. n. 5. ver. Et ratio hæc facit. Neque vult hæc Decretalis continere privilegium quia cum usulam utriusque; testantem pagina decretalis, ut cap. Quoniam, & cap. Super eos, de usuris, minime potest lex positiva super usuris quemquam privilegiare, quia sic privilegiaretur super peccato, ad hoc textus optimus in c. Sunt quidam, §. q. 1. & quod notat Joan. Andr. in regula peccatorum, in 3. & 4. artic. principali de reg. jur. lib. 6. & ex communi tradit Imol. hic n. 7. ver. Sed hoc non placet Hostiensis. Sed continet jus commune, ut probat hæc littera in verb. Declaramus, Secundum Host. hic in princip. & Jo. Andr. num. 1. & Cardin. post princip. ver. Alij dicunt, quod hoc continet gratiam. Nam declaratio novum jus non inducit, sed quod prius latebat, manifestat, l. Heredes palam §. Si quid post factum, ff. de testam. & probavi latius in cap. Quoniam, d. n. 1. §. supra de constitutionibus. Conclude igitur decisio in hujus textus obtinere tam in feudo Ecclesiastico, quam seculari. Ideoque Card. & Abb. non sumunt Decretalem in Ecclesia, sed in domino recipiente feudum in pignus à vasallo suo iuxta communem intellectum, & Joan. de Anan. summat in Ecclesia, vel domino, & hoc tenent.

quod in vasallo, quia ead. ratio. Deinde refert contrariam opinionem, quia non gravitò recipit emphyteuta sicut vasallus. Nam emphyteuta in introitu solvit certam pecuniam quantitatem. Et tandem concludit super hoc Papam esse consultendum, & eum simpliciter refert Jo. Andr. hic num. 3. Sed Anton. de Butr. n. 4. circa fin. ver. An autem dispositio, dicit rem esse extra dubium, si contractus emphyteuticus non teneat, quia tunc dominus recipit fructus non ex pignore, sed ex re propria, & ideo non tenetur eos in sortem computare. Quod planum est. Sed si contractus teneat, Butr. dicit rem dubiam, quia tunc aliquoties leduntur regulæ juris. Et ideo non audeat trahere dispositionem hujus textus ad alium casum, nisi extensio fieret per habentem potestatem extendendi & jus coindendi.

Tu considera, quia cum hæc Decretalis non continet privilegium, vel gratiam, sed jus commune, ut ostensum est supra, n. 5. quod deciditur in feudo, potest etiam intelligi dactum in emphyteusi, quia in utroque militat eadem ratio. Nam sicut dominus quamdiu remittit servitium vasallo, non censetur percipere fructus ex re pignoratæ, sed ex re propria, quia interim res feudalis redit ad primævam naturam, & dominium utile censetur consolidatum cum proprietate: eadem ratione quamdiu dominus remittit emphyteutæ mercedem, seu pensionem solvendam, res emphyteutica pignori tradita revertitur ad primævam naturam, & dominium utile cum directo consolidatur, ita ut propterea dominus non ex re pignoratæ, sed ex re propria fructus percipiat, ob quam rationem ita concludit Jo. de Imola hic n. 8. post med. ver. An autem dispositio. Subdens hoc satis posse de jure sustineri, ex quo per omnia est eadem ratio, licet Doctores videantur velle contrarium, videlicet non esse faciendam extensionem extra iustum casum, ut hic per Cardin. in §. quest. Sed ut prædixi, hæc non est extensio, sed comprehensio, quia contractus feudalis, & emphyteuticus sunt ejusdem nature, ut notat Specular. in tit. de feudo, §. Quoniam super homagium, n. 36. ad fin. ver. Non in re, si est eadem, & ubi concurrunt ead. ratio, nec contrarium reperitur in jure expressum, decisiones loquentes de feudo vendicant etiam sibi locum in emphyteusi, ut notat Bald. in c. 1. in fin. quibus modis feud. constituitur per. in usibus feud. Paulus de Castro conf. 260. Notandum, in fin. lib. 2. Alex. conf. 7. in consultacione, n. 5. lib. 5. & est communis opinio, ut attestatur Socin. Sen. in cons. 167. Non in usibus questio, n. 2. lib. 2. Latissime Everard. in suo censur. legal. in loco à feudo ad emphyteusim, & latius dicitur infra, n. 13. & seq.

10. Extra QUÆRO, an licet in feudo, ita & in emphyteusi à duobus fratribus empta ex communi pecunia habeat locum jus accrescendi, necne? Communis est regula pertinens tam ad feuda, quam ad emphyteusis, quod cum duo, pluresve pro se, & filijs à principio stipulantur feudum, vel emphyteusim, licet postea aliquis ex eis sine prole decedat, ejus portio alijs filijs superstitibus non accrescat, sed ad donnum directum revertatur, ut de feudo dicit esse communem opinionem Clar. §. Feudum, §. 77. & in emphyteusi, in §. Emphyteusis quest. 39. Corbul. de jure emphyteuticæ, tit. de causis privat. ob lin. finit. num. 83. Quæ regula limitatur quidem in feudo, quoties fuerit acquisitum per